



Auf Verfügung der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.
Im Mai 1857.

A. v. Middendorff,
beständiger Secretär.

Матеріалы

КЪ БЛИЖАЙШЕМУ ПОЗНАНІЮ

ПРОЗЯБАЕМОСТИ

РОССІЙСКОЙ ИМПЕРІИ.

Изданіе

ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

КНИЖКА ДЕСЯТАЯ.


(При семъ 8 рисунковъ.)

САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

Въ типографіи Императорской Академіи Наукъ.

1857.

Продается у Эггерса и Комп., коммиссіонера Императорской Академіи Наукъ.



zur

Pflanzenkunde

des

Russischen Reiches.

Herausgegeben

von der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.

Zehnte Lieferung.

(Mit 8 Tafeln.)

St. Petersburg.

Buchdruckerei der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.

1857.

Zu haben bei Eggers und Comp., Commissionairen der Akademie; in Leipzig bei Leopold Voss.

Preis: schwarz 60 K. S. = 20 Ngr.
colorirt 1 R. 20 K. S. = 1 Thlr. 10 Ngr.



ENUMERATIO MUSCORUM INGRIAE

AUCTORE

G. BORSZCZOW.

Post Syllabum muscorum Rossiae, a cel. Weinmann, anno 1845, editum, species plures muscorum in Ingria detectae sunt, pleraeque jam dudum lectae opus laudatum non intraverunt, quas colligere, ut quodammodo conspectum vegetationis muscorum in Ingria traderem, operis hujus ratio est.

Jam ab antiquissimo florae nostrae scrutatore, Buxbaumio, musci nonnulli memorantur, sed eorum studio tunc tantum incipiente, numerus specierum valde limitatus, descriptiones fere nullae et icones tam rudes negligenterque sculptae, ut saepissime conjecturas tantum admittant.

Kraszeninnikow plantarum phanerogamarum Ingriae felix indefessusque investigator, muscos prorsus neglexerat, speciesque tantum paucas et ex maxima parte vulgares recenset, quae omnes, additis nonnullis ex Buxbaumii operibus, a Gortero in linguam Linneanam translatae, Florae Ingricae suae insertae sunt. Dehinc silentium triginta annorum usque ad Georgi, qui in descriptionem urbis Petropolis, anno 1790 devulgatam, omnes species Gorterianas recepit, hisque a Rudolph detectas, quarum plures dubiae vel falsae, addidit. Observationes propriae nullae.

Sobolewsky, opus Georgii transscribens, additis synonymis et citatis, saepe alienis errores auxit, floramque nostram speciebus 3 tantum locupletavit. In editione rossica Florae Petropolitanae ejus, anno 1802 divulgatae, mutatio nulla. Tandem in Georgii opere, cui titulus: *Beschreibung des Russischen Reiches* (1800) species 3 novae pro Flora Ingrica emergunt, ita ut anno 1802 numerus muscorum in Ingria, inclusis 8 speciebus dubiis falsisve, ad 64 adauctus fuerit.

*

En numerum specierum apud auctores supra recensitos:

Buxbaum 1728-40 . . . . ,	19 spec.
Kraszeninnikow 1749-54 . .	17 «
Gorter 1761 (4 e Buxb. add.) .	21 «
Georgi 1790	48 «
Sobolewsky 1790 et 1802 . . .	52*) «

Intra spatium a 1802 ad 1837 unicum opus tantum prodiit, nempe fasciculus muscorum a Trinio et Liboschitz anno 1811 editus, species 15 continens, nonnullas rarissimas, postea non amplius repertas (quales *Splachnum melanocaulon* et *Spl. mnioi-*

---

*) Buxbaum sequentes species enumerat: *Splachn. ampullaceum*, *Br. roseum*, *Dicr. heteromall.*, *H. nitens?*, *H. triquetr.*, *H. cupressiforme?*, *H. plumosum?*, *H. rutabulum?*, *Paludella*, *Dicr. varium*, *Catharinea?*, *H. filicinum*, *H. fluitans*, *H. denticulatum*, *H. serpens*, *Br. caespiticium?*, *Br. nutans?*, *Aulac. androgynum* (falsum), *Splachn. rubrum.*

In codice Krasz. leguntur: *Mnium cuspidatum*, *Sph. cymbifolium*, *Polyt. commune* et *juniperinum*, H. fluitans, *H. lutescens?*, *H. velutinum*, *L. polyantha*, *H. praelongum*, H. filicinum, *H. tamariscinum*, Br. roseum, *Barb. ruralis*, *Bartr. pomiformis*, *Dicr. scoparium*, *Weissia viridula* (falsa), Br. nutans. His Gorter addidit: Aulac. androg., Paludellam, Dicr. heteromallum et Splachnum ampullaceum.

In Georgi 1790 auctoritate Rudolphi indicantur: *Tetraphis*, *Bartr. fontana*, *Funaria*, *Aulac. palustre*, *Ceratod. purp.*, *Mnium setaceum* (?interpr. Sobol. Weissia recurvata), *Grim. apocarpa*, *Gym. truncatum*, Cath. undulata, *Gr. pulvinata*, Br. caespitic., *Br. pyriforme*, *Fiss. taxifol.*, *F. bryoides*, *Neckera complan.* (dubia), H. triqu., *H. Cr. Castr.*, H. cupressiforme, *H. squarrosum*, *H. cuspidatum*, *Climacium*, *H. alopecurum* (falsum), *L. polyantha*, *H. purum*, *Antitrich. curtipendula* (falsa), *H. riparium*, H. serpens, *H. Schreberi*, *Neck. pennata*, *Buxbaumia*, praeterea cum auctoritate Gorteri *L. sericea* falsissima. E sp. Gorterianis omittuntur: Br. nutans, H. lutescens, Pol. juniperinum et Bryum roseum.

Sobolewsky detexit: *Pol. piliferum*, *Mn. punctatum* et *undulatum*. Restituuntur apud eum Br. roseum et Pol. juniperinum, omittitur H. Schreberi (inerme Web.). In Georgi 1800 restituitur Splachnum rubrum, prima vice apparent: *Phasc. cuspid.*, *Br. carneum* et *Cinclidotus fontinaloides* (dubius).

des), in summa 8 novas*). Dehinc per 26 annos, laboribus indefessis cel. Weinmann, b. Prescott et Bongard numerosae muscorum species detectae sunt, quae tamen usque ad annum 1837, quo Weinmanni Enumeratio stirpium in lucem prodiit in herbariis latebant. Edito opere hoc augmentum considerabile specierum 86 accessit**), ita ut in opere laudato 142 species (exclusis varietatibus) recenseantur, omnes dubiae, pleraeque a Gorter, Sobol. et Georgi indicatae et nuperius iterum repertae, sed ab auctore non visae, in opus hoc non receptae sunt. Errores paucissimi nec graves. Species quaedam rarissimae, postea non amplius repertae in hac enumeratione continentur. Cum vero cel. auctor species fere omnes in Hb. Academiae Imperialis Scientiarum, quod perlustrare licuit, deposuerat, dubia pleraque, quae exoriri possunt tolluntur. Denique in Syllabo muscorum

---

*) *Phascum subulatum*, *Gymn. pyriforme*, *G. ovatum*, *Schistid. ciliat.*, *Spl. mnioides*, *Spl. melanocaulon*, Dicr. scoparium, Cerat. purpureus, Dicr. varium, Br. pyriforme, Neck. pennata, *Meesia uliginosa*, *Br. argenteum*, Hyp. Crista Castrensis, Funaria hygrometrica.

Obs. Nomina cursivis impressa species cuique auctori proprias, nec ab antecessoribus memoratas, indicant.

**) *Ph. serratum*, *Ph. patens*, *Gymn. Heimii*, *Schistostega*, *Sph. squarrosum*, *S. compactum*, *capillifolium* et *cuspidatum*, *Spl. vasculosum* et *luteum*, *Gr. ovata*, *Weiss. cirrata*, *recurvata* (certissima!) et *recurvirostra*, *Leskea nervosa*, *Trematodon ambiguus*, *Fiss. adianthoides*, *Dicr. majus*, *undulatum*, *congestum*, *flagellare*, *subulatum*, *longifolium*, *rufescens*, *crispum*, *montanum*, *strictum*, *falcatum* et *cerviculatum*, *Trichost. cylindricum*, *tortile*, *Racom. microcarpum*, *Didym. glaucescens*, *Barbula rigida* (*ambigua!*), *muralis*, *unguiculata*, *paludosa* (*fallax*) et *convoluta*, *Pol. urnigerum*, *alpinum*, *formosum* et *gracile*, *Fontin. antipyret.*, *falcata* et *squamosa*. *Orthotr. affine* et *obtusifol.*, *Leskea trichom.*, *subtilis*, *polycarpa* et *pallesc.*, *Mees. dealb.* et *longiseta*, *Timmia*, *Hypnum confervoid.*, *cordifol.*, *abietin*, *splend.*, *petrophil.*, *Weinmanni*, *incurvat.*, *populeum*, *albicans*, *silesiac.*, *salebros.*, *strigos.*, *confertum*, *longirostr.*, *brevirost.*, *pilifer.*, *stellat.*, *rusciforme*, *uncinat.*, *adunc.*, *palustre* et *chrysophyllum*. *Bryum longicolle*, *intermed.*, *annotin.*, *turbinat.*, *lacustre*, *pallescens*, *pseudotriqu. bimum* et *crudum*. *Mnium affine et serratum*. In Enumeratione cel. Weinm. sequentes species ab antecessoribus indicatae desiderantur: Aulac. androg., Br. carneum, Bartram. pomiformis, Paludella, Cinclidotus, Barb. subulata,

(1845) species 12*) adduntur, sed omissis ab ipso auctore nonnullis in Enumeratione (1837) indicatis, numerus specierum ad 148 restringitur.

Vegetatio muscorum in Ingria characterem eximie sylvaticum prae se fert, additis speciebus paucis e Fennia cum saxis erraticis allatis (quales: *Schistid. ciliatum*, *Grimmia apocarpa* rarius in arbores migrans, *ovata*, *Racom. microcarpum*, *Dicranum polycarpum*, *Bartramia pomiformis*, *Hypnum petrophilum*) vel incolis rupium calcarearum et arenacearum circa Narwa et Jamburg (*Gymn. tenue*, *Desmatodon latifolius*, *Orthotrichum anomalum*); hisque saxa tophacea habitantes (*Seligeriam recurvatam*, *Encalyptam streptocarpam* et *Didymodontem flexicaulem*) libenter adnumerarem. Hypnorum copia $^1/_4$ totius efficit, Bryorum circiter $^1/_{10}$. Mirandum autem, species plerasque sylvaticas v. paludosas, ab omnibus Bryologis vulgares declaratas et «per totam Europam ad Sibiriam et Kamtschatkam usque» indicatas, heic prorsus deesse, v. g. *Phascum muticum* (in Livonia indic.), *Weiss. viridula* (Mosquae ind.), *Encalypta vulgaris*, *Orth. leiocarpon*, *crispum* (Rossia minor!), *Mnium hornum* (Prov. Balt.!), *Leskea sericea* (Prov. Balt!), *Neckera crispa* (Mosquae), *complanata* (Prov. Balt!), *Isothecium myurum* (Prov. Balt!), *Hypnum lycopodioides*, *scorpioides* (ambo in Prov. Balt!), *rugosum* (Ural!), *undulatum*, *alopecurum*, *Anomodon viticulosus* (Ross. minor!), *Antitrichia curtipendula* etc. Plurimas harum quondam inventum iri non dubito. Porro species nonnullae apud nos semper steriles occurrunt, quae sub coelo mitiori, vel soli conditionibus magis faventibus, laetius fructificant, ut *H. nitens* (unicum specimen tantum fructiferum legi!), *H. lutescens* (in Prov. Balt. jam fertile lectum!)

Dicranum heteromallum, Spl. melanocaulon et mnioides, Weis. viridula, Neck. curtipendula et complanata, Leskea sericea, Hypn. alopecurum et squarrosum.

*) Restituuntur ex antecess. D. heteromall., Paludella et H. squarrosum, accedunt: *Fiss. osmundioid.*, *D. strumiferum*, *Spl. serratum*, *Phasc. bryoides*, *Orth. anomal.*, *Mnium rostratum*, *Br. Duvalii*, *Hypnum flavescens* et *Stockesii;* omissae: Gym. ovatum, Dicr. strictum et majus, Hypnum plumosum, chrysophyllum et confervoides, primo in Enumer. 1837 receptae.

Anomodon attenuatus. Aliae vero, quales *Dicranum montanum, flagellare, longifolium, Hypnum purum, cordifolium* etc., in regionibus exteris rarius fructiferae, apud nos quotannis fructibus numerosis onustae leguntur. Inter nobiliores Florae nostrae cives numeramus: *Gymnost. Heimii, Cerat. cylindricum, Dicranum crispum* et *strictum, Orth. gymnostomum, Desmatodontem latifolium, Seligeriam recurvatam, Splachnum ampullaceum, vasculosum, mnioides, serratum, rubrum, melanocaulon* et *luteum, Paludellam, Meesiam uliginosam, dealbatam, longisetam* et *tristicham, Timmiam megapolitanam, Fontinalem falcatam* et *squamosam, Hypnum petrophilum, Weimanni* et *brevirostre, Schistostegam osmundaceam* etc. Dolendum nobis non adesse rupes graniticas, quae tam divitem et pulchram muscorum vegetationem alunt! Sequentes species in nullo herbario Petropolitano vidi et sola fide cel. Weinmann recepi: *Phascum bryoides, Gymn. Heimii, Dicr. strictum, fulcatum* et *majus, Trichostomum glaucescens, Meesia dealbata, Bryum bimum, lacustre* et *Duvalii, Mnium serratum, Hypnum confertum, lutescens* et *flavescens.* Nonnullas a Weinmanno aliisque inventas frustra quaesivi, sed specimina certa a me visa, proventum earum confirmant, v. g. *Ph. serratum, crispum, Gymn. ovatum, Buxbaumia, Diphyscium, Splachna, Meesia longiseta, Hypnum brevirostre, longirostre, incurvatum* et *Weinmanni, Schistostega,* quae ex maxima parte loco unico inventae sunt, quo destructo perierunt.

Desiderandi essent musci e quam plurimis Rossiae regionibus, ut norma in distributione eorum geographica, adhuc plane neglecta, erui possit, quod, absentia montium altiorum per Rossiam mediam et meridionalem, facilius fieri potest, quam in regionibus exteris, ubi superficies orbis summopere inaequalis. Indicationes autem vagae, ut «per totam Europam et Sibiriam ad Kamtschatkam usque», nullius momenti sunt et, in speciebus, quales apud auctores diversos indicatas invenimus, dijudicandis, saepissime caliginem tantum augent.

Observ. Species numero destitutae dubiae sunt, nec pro indigenis habendae, ubi numerus autem parenthesi inclusus in extimis Ingriae regionibus lectae sunt, nec circa Petropolin obviae.

AUCTORES CITATI.

1. Joh. Christ. Buxbaum, Plantarum minus cognitarum centuriae quinque. Petropoli. 1728-40 et in Comm. Acad. Imp. Scient. Petrop. III, 1728.
2. Steph. Kraszeninnikow, Index mss. plantarum anno 1749 lectarum.
3. Ejusdem. Codex Florae Ingricae mss., post annum 1752 conscriptus. (Operibus his mss. usus sum propter singularem benevolentiam et liberalitatem D. Dr. Ruprecht.)
4. Gorter, D. Flora Ingrica ex schedis Stephani Krascheninnikow confecta et propriis observationibus (paucissimis!) aucta. Petrop. 1761.
5. J. G. Georgi. Versuch einer Beschreibung der Russisch-Kayserlichen Residenzstadt St.-Petersburg und der Merkwürdigkeiten der Gegend. Vol. 2. Petrop. 1790.
6. Gr. Sobolewsky. Flora Petropolitana, sistens plantas in gubernio Petropolitano sponte crescentes etc. Petrop. 1799.
7. Ejusd. Санктпетербургская Флора, или описаніе находящихся въ Санктпетербургской губерніи природныхъ растеній и пр. Часть 2. С. Петербургъ. 1802.
8. Georgi. Geographisch-physikalische und Naturhistorische Beschreibung des Russischen Reichs. Partis III Vol. 5. Königsberg. 1800.
9. Trinius et Liboschitz. Description des mousses, qui croissent aux environs de St.-Pétersbourg et de Moscou. Livr. 1. St.-Pétersbourg. 1811. (Opus non continuatum est.)
10. J. A. Weinmann. Enumeratio stirpium in agro Petropolitano sponte crescentium. Petropoli. 1837.
11. Ejusd. Syllabus muscorum frondosorum in Imperio Rossico hucusque detectorum in Bull. de la Société des Naturalistes de Moscou. 1845.

SPHAGNACEAE.

1. *Sphagnum cymbifolium* Ehrh. Weinm. Petrop. 1837, p. 109, no. 40; Syllab. 1845, p. 7, no. 1; Sob. Petrop. 1799, p. 247, no. 686, ed. ross. II, 1802, p. 285, no. 704 (cum varietate rubra); Georgi 1790, p. 522, no. 651; Krasz. Fl. Ingr. ed. Gort. 1761, p. 167 (sub *Sph. palustre*); Krasz. Fl. Ing. mss. no. 470 (sub *Sph. palustre* etc. Dill.).

   Vulgatissimum, at raro fertile. Secundum Sobol. Junio, Julio, secund. cel. Weinm. Julio, Aug. fructiferum.

2. *Sph. squarrosum* Pers. Weinm. Petrop. 1837. p. 109, no. 41, Syllab. musc. 1845, p. 8, no. 2.

   In paludibus sylvaticis antecedente longe rarius occurrit, v. g. circa officinam vitrariam Druźnaja Gorka et in ins. Krestowsky, etiam prope Babolowa et in regione Pargolensi. Medio Majo et fine Julii fructif.

   Obs. Thecae in hoc, ut et in sequentibus, primo globosae, evacuatae cylindricae, ore paulo constrictae, fiunt.

3. *Sph. compactum* Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 109, no. 42; Syllab. 1845, p. 8, no. 3.

   In paludibus turfosis cum *Sph. cymbifolio* non raro occurrit. Sub finem Augusti fructificat, thecae vero, ut et sequentis, etiam vere reperiuntur.

4. *Sph. capillifolium* Ehrh. Weinm. Petrop. 1837, p. 109, no. 43; Syllab. musc. 1845, p. 9, no. 4 (sub *Sph. acutifolio*).

   Ubique in paludibus, a medio Augusto fructif.

5. *Sph. cuspidatum* Ehrh. Weinm. Petrop. 1837, p. 110, no. 44; Syllab. musc. 1845, p. 10, no. 5.

   In sphagnosis fere fluctuantibus parce. (Weinm. Petrop.

l. c.) In inundatis, aquis stagnantibus rarius. Sterile legi. (Weinm. Syll. l. c.) Ipse pulcherrima exemplario fructibus numerosis onusta ad viam ferream Warszawiensem fine Augusti legi.

β. *plumosum* Nees et Hornsch. Weinm. l. c.

In ipsa aqua Teitzensi. (Weinm. Petrop.) In aquaeductu Teitzensi ad lapides. Sterile. (Weinm. Syll.) In eodem loco cum typo aquae submersum et sterile (ipse).

PHASCACEAE.

6. *Ph. serratum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 107, no. 27; Syllab. musc. 1845, p. 3, no. 1.

In solo arenoso limoso ad viam Peterhofianam. Majo. (Weinm. l. c.) Inter Peterhof et Oranienbaum ex verbis ipsius cel. Weinmann. Vidi spp. Petrop. in Hb. Bongard in Acad. Imp. Scient. asservata.

7. *Ph. cuspidatum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 107, no. 28; Syllab. musc. 1845, p. 6, no. 7; *Phascum acaulon* Georgi 1800, p. 1386, no. 1; Ingria (Georgi). In argillosis, praesertim hortorum, non raro, v. g. in areis Horti Botanici, in Horto Pawlowsk., in Horto Gatczin., ad v. Krasnosel., ad m. Duderhof. Ab initio Aprilis ad medium Maji et iterum initio Septembris cum fruct. maturis, immaturis et calyptris reperitur.

β. *piliferum* = *Ph. piliferum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 107. no. 30; Syllab. musc. 1845, p. 5, no. 6.

In locis limosis, sterilibus ad v. Peterhofianam. Aug. (Weinm. Petrop.) In locis arenosis agri Petropolit. rarius. Vere. (Weinm. syll.)

8. *Ph. bryoides* Dicks. Weinm. Syll. musc. 1845, p. 6, no. 8.

In campis argillaceis prope Petrop. semel. Majo. (Weinmann l. c.)

9. *Ph. patens* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 107, no. 31; Syll. musc. 1845, p. 5, no. 4.

In Horto Imp. Pawlowsk. Weinm. ex Nees et Hornsch. Bryol. germ. I, p. 50 in adnot., et Brid. Bryol. univ.

1, p. 34. In areis hortorum passim. Autumno. (Weinm. Petrop.) In locis limosis subhumidis agri Petrop. Autumno. Vere. (Weinm. Syll.) Ipse tantum in ripis rivuli ad pedem m. Duderhof-Kyrka, initio Aug., sat copiose legi.

Obs. Ph. megapolitanum Schultz. Weinm. Petrop. 1837, p. 107, no. 32; Syllab. musc. 1845, p. 5, no. 5, ne varietatem quidem constituere potest, cum folia ad medium vel ad basin usque serrata in eodem individuo occurrunt, latitudoque eorum nota quam maxime inconstans. A cel. Weinmann. indicatur in Enum.: «In solo limoso ad v. Gatczinensem. Autumno,» et in Syllabo: «In limosis humidis agri Petrop. semel, Majo.»

10. *Ph. subulatum* L, Weinm. Petrop. 1837, p. 107, no. 29; Syllab. musc. 1845, p. 4, no. 5. Trin. et Libosch. Mousses des environs de St.-Pétersbourg et de Moscou 1811. p. 1, no. 1. (specimina Mosquensia!)

In argillosis non raro, sed plerumque parcius occurrit, v. g. ad viam Krasnosel., circa Gatczin. copiosius ad fossarum argillosarum latera in horto Oranienbaum. Initio et medio Maji. — Capsula aurantiaca. Folia comalia plerumque rufescunt.

11. *Ph. nitidum* Hedw.

In argillosis prope Oranienbaum rarius. Fine Augusti. Capsula pallide fusca. Folia laete viridia.

12. *Ph. crispum* Hedw.

Vidi in Herb. Petropolitano b. Kastalsky.

WEISSIACEAE.

(13.) *Gymnostomum tenue* Schrad.

In rupibus arenaceis ad Fl. Luga prope Jamburg, med. Julio.

14. *G. truncatulum.* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 108, n. 34, Syllab. musc. 1845, p. 12, no. 2; *Bryum truncatulum*

Sob. Petrop. 1799, p. 254, no. 710; ed. ross. II, 1802, p. 292, no. 728, Georgi 1790, p. 522, no. 675.

Ubique in argillosis. A primo vere in autumnum.

β. *intermedium* Turn. = *G. intermedium* Turn. Weinm. Petrop. 1837, p. 108, no. 35; Syllab. 1845, p. 13, no. 4.

Cum typo at longe rarius, v. g. in argillosis horti Gatczin. sat copiose, Sept. et ad m. Duderhof, init. Maji.

15. *G. ovatum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 108. no. 33. (In Syllabo ex Ingria omissum.) *G. truncatum* Trin. et Libosch. Descript. des mousses de St.-Pétersbourg et de Moscou. 1811, p. 3, no. 3!

In declivibus fossarum argillosarum parce. Autumno. Vere. Weinm. l. c. Spp. Ingrica adhuc tantum in opere Trinii citato vidi at forsan etiam haec circa Mosquam lecta sunt.

(16.) *Gymn. Heimii* Hedw. Weinm. Petr. 1837, p. 108, no. 36 = *G. affine*. Weinm. Syll. 1845, p. 13, no. 3.

In declivibus fossarum argillosarum una vice prope Nowo-Iwanowsky ann. 1813 autumno legi (Weinm. Petr.). In agris lutosis et in declivibus fossarum argillosarum rarius. Autumno. (Weinm. Syll.)

17. *Weissia cirrhata* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 111, no. 57; Syll. 1845, p. 24, no. 2. In tectis stramineis. Autumno. (Weinm. Petrop.) In tectis stramineis agri Petrop. (Weinm. Syll.) Prope Nowo-Iwanowsky, ex ore ipsius cel. Weinmann.

Observ. Weissia viridula Brid. = *Bryum viridulum* Kr. ed. Gort. 1761, p. 170 et Sob. Petrop. 1799, p. 255, no. 713, ed. ross. II, 1802, p. 293, no. 731. Georgi 1790, p. 522, no. 672. Krasz. codex mss. no. 484. (e syn. Dillenii), a nemine post Krasz. reperta est, et, cum b. auctor eam locis «sicc's delectari et terram tapetis instar tegere» dixerit, nec locum specialem notavit, muscum quendam vulgarem, forsan *Ceratodontem* aut *Dicrani* speciem e minoribus, ante oculos habuisse videtur. Deest in Prov. Balticis, indicatur pr. Mosquam (Martius).

DICRANACEAE.

18. *Dicr. polycarpum* Ehrh.

In saxis graniticis prope Oranienbaum fine Aug. cum thecis vetustis legi.

β. *strumiferum* Br. et Schimp. = *D. strumiferum* Ehrh. Weinm. Syllab. 1845, p. 40, no. 4.

In montosis ad Tosnam. (Weinm. l. c.).

19. *Dicr. crispum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 74; Syllab. muscor. 1845, p. 50, no. 20.

In arenoso-turfosis, praesertim ad fossarum latera, pr. Pawlowsk, prope Murino copiose, in regione Wiburgensi et pr. coemeterium «St. Mitrophan.» dictum, in argillosis pr. Nikolskoje et ad fossas in ditione Lissinensi. Majo, Junio et a medio Aug. in Sept.

20. *D. varium* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 71; Syllab. musc. 1845, p. 49, no. 17; Trin. et Libosch. Mousses des environs de St.-Pétersb. et de Moscou. 1811. p. 9, no. 9. (Specimen in exemplari operis, quod perlustravi deest.) Buxb. Cent. IV. p. 38, t. 65, f. 2. (excl. syn. Raji).

Ad margines fossārum frequens. Buxb. l. c. In argillosis humidis pluribus locis copiosissime, v. g. prope officinam vitrariam Druźnaja Gorka, Lissino in ripis fl. Lustowka, pr. Pawlowsk etc. Ab initio Maji ad Junium et iterum med. Augusto.

β. *rigidulum* Sw. Weinm. Syllab. 1845, p. 49, no. 17. «Ad terram in vicinitate truncorum prope Nowo-Iwanowsky Gub. Petrop. Weinm. l. c.

21. *D. rufescens* Turn. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 73; Syllab. 1845, p. 50, no. 19.

In argillosis et argilloso-arenosis rarius et parce, v. g. prope Gatczinam et Oranienbaum. Spp. 1″ alta vidi in argilloso-arenosis pr. Whyra. Fruct. mat. fine Aprilis et fine Aug.

22. *D. heteromallum* Hedw. Weinm. Syllab. 1845, p. 47, no. 15. *Mnium heteromallum* Sob. Petrop. 1799, p. 251,

n. 698; ed. ross. II, 1802, p. 298, n. 716. *Bryum heteromallum* Georgi 1790, p. 522, no. 671. *Bryum heteromallum* Gort. nec Krasz. Fl. ingr. 1761, p. 170. Muscus capillaris, capitulis rotundis angustifolius Buxb. Cent. II, 1728, p. 6; t. II. f. 8! (Icon rudis. Capsulae nimis erectae et angustae, depictae, foliaque parum heteromalla; forsan *Trich. tortile* auctor ante oculos habuit, sed ob capsulas in descriptione rotundas dictas, ab omnibus auctoribus, praeeunte Dillenio, ad *Dicr. heteromallum* revocatur)

Circa Lappulam in Ingria Buxb. l. c. et ex Gort. In arenoso-turfosis pr. Murinam et in argillosis prope Oranienbaum et Nikolskoje ad Tosnam. Vere et a medio Augusto.

β. *interruptum* Hedw. Weinm. Syll. p. 48.

Ad basin truncorum in umbrosis agri Petrop. Vere. Aestate. (Weinm. l. c.)

23. *D. subulatum* Hedw. *D. heteromallum a. subulatum* Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 70. *Dicr. subulatum* Weinm. Syll. 1845, p. 48, no. 16.

In arenoso-turfosis prope Murinam medio Aug. legi. Etiam in arenosis-humidiuscalis prope Pawlowsk sat copiose reperi.

24. *D. cerviculatum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 113. no. 78; Syllab. musc. 1845, p. 38, no. 1.

Vulgare in turfosis ad latera fossarum; a fine Jun. in autumnum fructiferum.

β. *pusillum* Hedw. Weinm. Syll. p. 39.

In arenosis, ericetis, turfosisque subhumidis agri Petrop. Vere. Aestate. Weinm. l. c.

γ. *flavidum* Schwägr. Weinm. Syll. p. 39 = *D. flavidum* Schw. Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 79.

In turfosis parce Jul. Aug. (Weinm. Petrop.) In locis turfosis b. Prescott legit et communicavit. (Weinm. Syll.) Vidi spp. cel. Weinm. in Hb. Acad. Ipse in humo pr. scholam saltuariam et ad truncos destructos pr. Oranienbaum formam varietatis hujus, foliis laete viridibus, capsula aureo miniata, medio Aprilis et init. Maji rarius legi.

25. *D. flagellare* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 69, Syllab. musc. 1845, p. 45 no. 12.

Ad truncos muscosos putrescentes prope Gatczinam! Aestate. (Weinm. Syll. l. c.) In sylvis ad truncos putridos non rarum, v. g. in m. Duderhof, in ditione Lissinensi, pr. Orlino. Initio Aug. ditissime fructificans.

Obs. Flagella in speciminibus fertilibus quoque occurrunt. Thecae ad Junium insequentis anni persistunt, ut etiam no. 26 et 27.

26. *D. montanum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 75. Syllab. musc. 1845, p. 46, no. 13.

In truncis putridis, rarius ad saxa, in sylvis umbrosis copiosum et laete fructificans, initio Aug. optimum.

27. *D. longifolium* Ehrh. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 71. Weinm. Syllab. 1845, p. 45, no. 11.

In saxis sylvaticis, rarissime ad truncos et tunc plerumque sterile. Initio Augusti copiose fructificat.

28. *D. strictum* Schleich. Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 76.

Iu sylvis antiquis prope Gatczinam. Autumno. Weinm. l. c. (In Syllabo omissum).

29. *D. falcatum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 77. Syll. musc. 1845, p. 39, no. 2.

In locis editioribus prope Petropolin D. Prescott. Autumno. (W. Petr.) Aestate. (Weinm. Syllab.)

30. *D. scoparium* Leys. Weinm. Petrop. 1837, p. 112, no. 65; Syllab. 1845, p. 42, no. 6; Trin. et Libosch. Mousses p. 7, no. 7! *Mnium scoparium* Sob. Petrop. 1799, p. 250, no. 697, ed. ross. II, 1802, p. 289, no. 715. *Bryum scoparium* Georgi 1790, p. 522, n. 670. *Bryum scoparium* Kr. ex Gort. Fl. Ingr. 1761, p. 170. Krasz. Cod. mss. no. 482 (ex syn. Dillen.).

In ins. Basilii. Krasz. Vulgatissimum in sylvis, ericetosis turfosisque, in saxis quoque occuriens. A fine April. in autumnum, sed optimum fine Junii.

31. *D. congestum* Schwägr. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 68; Weinm. Syll. 1845, p. 44, no. 10.

In montosis Duderhofii. Aestate. (Weinm.) In truncis vetustis pr. Lissino et officinam vitrariam, «Druźnaja Gorka« rarius. Init. et med. Maji.

32. *D. rupestre.* Brid.

In graniticis muscosis prope Oranienbaum rarissime. Fine Augusti.

Obs. Ab auctoribus Bryol. Europ. pro varietate praecedentis declaratur, sed habitus et folia siccitate stricta, nec crispata, diversum esse suadent.

33. *D. palustre* Bryol. Europ.

In pratis turfosis ad pedem m. Duderhof copiosius inter Kyrka-Duderhof et Taitzhy; in Horto Pawlowsk., pr. Orlino et Lissino. Rarius fertile. Augusto calyptras fert.

34. *D. majus* Turn. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 66.

In montosis Duderhofii. Majo, Jun. Weinm. l. c. (In Syll. omissum).

35. *D. undulatum* Ehrh. Weinm. Petrop. 1837, p. 113, no. 67; Syllab. 1845, p. 43, no. 8.

In sylvis umbrosis ad m. Duderhof! (Weinm.) Frequens in ericetis turfosis pinetisque siccis et paludosis v. g. prope Scholam saltuariam, Gatczinam, ad fl. Oredeź, imo in saxis pr. Oranienbaum. A fine Junii in autumnum.

36. *D. flexuosum* Hedw.

Ad basin truncorum in Horto Imperiali Botanico dicto parce et in truncis putridis pr. Oranienbaum. Optimum medio Aprilis.

Obs. In omnibus spp. nostris calyptra basi non appendiculata vel tantum paulo crenata, caeterum cum descriptione et icone Bryol. Europ. conveniunt.

37. *Trematodon ambiguus* Schwägr. Weinm. Petrop. 1837, p. 112, no. 60; Syllab. 1845, p. 26, no. 1.

In arenosis humidis pr. Pawlowsk et in arenoso-turfosis pr. Murino, etiam in circulo Gdow pr. Nisy. A medio Julio ad med. Aug.

38. *Ceratodon purpureus* Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 13. Syll. 1845, p. 52, no. 1. *Dicranum purpureum* Hedw. Trin. et Libosch. mousses, p. 8, no. 81 *Mnium purpureum* Sob. Petrop. 1799, p. 250, no. 696, ed. ross. II, 1802, p. 289, no. 714; Georgi 1790, p. 522, no. 664.

Ubique vulgatissimus et valde polymorphus. Medio Martio jam setas protrudit; fructus maturat a medio Majo ad med. Junii.

39. *Ceratodon cylindricus* Hüben. Weinm. Syll. 1845, p. 52, no. 2. *Trichost. cylindricum* Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 80.

Ad fossas argillosas pr. Pawlowsk, Oranienbaum, Nikolskoje ad Tosnam, et in terra nuda carbonata sylvarum pr. Drużnaja Gorka. Medio Majo et sec. cel. Weinmann etiam aestate.

TRICHOSTOMACEAE.

40. *Anacalypta recurvirostra* Bryol. Germ. *Weissia curvirostra* Weinm. Petrop. 1837, p. 111, no 58. *Anac. rubella* Weinm. Syll. 1845, p. 23, no. 1.

In turfosis v. g. circa Gatczinam, ad m. Duderhof etc. Vulgatissima in horto Pawlowsk, ubi ad truncos, saxa et terram per totum annum fructificat.

(41.) *Desmatodon latifolius* Brid.

In rupibus arenaceis prope Jamburg, med. Julio.

Obs. Spp. ingrica ab icone Bryol. Eur. recedunt foliis obtusis vel acutiusculis tantum, operculo acutiusculo, nec obtuso et peristomii fugacissimi dentibus ad membranam basilarem usque fissis irregularibus, nec cruribus ante membranam connatis. Forsan species propria nomine *D. arenarii* salutanda, sed ob insufficientem specc. copiam vix stabilienda erat.

42. *Trichostomum tortile* Schrad. Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 81; Syll. 1845, p. 56, no. 3.

In arenosis humidiusculis pr. Pawlowsk, in argillosis

praesertim ad látera fossarum, pr. Oranienbaum, Nikolskoje, ad canalem Ligovka. Ab init. Maji in autumnum.

β. *pusillum* = *Didymodon pusillus* Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 84; *Trichost. pusillum* Weinm. Syllab. 1845, p. 55, no. 2.

In arenoso-lutosis parce. Vere et autumno (Weinm.) Ipse tantum pr. Pawlowsk in arenosis humidiusculis cum forma typica.

43. *Tr. homomallum* Br. Europ.

In fossis arenoso-turfosis prope Murino parce. Med. Aug.

44. *Tr. flexicaule* Br. Europ.

In lapidibus calcareis pr. Pawlowsk, unico loco, sed copiose. Exeunte Majo fructiferum.

45. *Tr. glaucescens* Hedw. = *Didymodon glaucescens* Weber et Mohr. Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 85; Syll. 1845, p. 53, no. 2.

«In umbrosis graminosis horti Imper. Pawl. pauca exemplaria tantum legi». Vere. Weinm. l. c.

46. *Barbula ambigua* Br. Eur. = *B. rigida* Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 86, Syll. 1845, p. 57, no. 1. (Ex autopsia spec. auctoris.)

In tumulis coemeterii Pawlowsk, et ad latera fossarum pr. Grafskaja Slawienka. Aestate. (Weinm.) Vidi spp. Weinmanniana in Hb. Acad.

47. *Barbula muralis* Timm. Weinm. Petrop 1837, p. 115, no. 87; Syll. 1845, p. 57, no. 2.

In scrobiculis saxorum, muris et tectis. Aestate. Weinm. Ipse tantum in lapidibus calcareis pr. Pawl., init. Jun., legi.

48. *Barb. fallax* Hedw. Weinm. Syllab. 1845, p. 61, no. 7. = *B. paludosa* Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 89. (Cfr. Syllab. l. c.)

In locis argillaceis non rara. Vere, aestate. Weinm. Ipse copiose circa Gatczinam in argillosis et ad saxa terra obtecta med. Aprilis.

Obs. Apud nos (quoad specc. vernalia) hebdomade prius

quam *B. unguiculata*, opercula decutit. Peristomium valde fugax.

49. *Barb. unguiculata* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 90. Syllab. 1845, p. 59, no. 6.

In argillosis et ad saxa frequens, copiosissime pr. Gatczinam. Aprili et iterum Septembri, Octobri.

β. *apiculata* Hedw. = *B. apiculata* Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 88.

In locis lapidosis siccioribus et in graniticis schistosis parce. Weinm. Ipse pr. Pawlowsk et Gatczinam in argillosis. Vere et aestate.

γ. *cuspidata* Schultz.

In terra arenosa semel prope Gatczinam! Weinm. Syll. p. 60. Ipse quoque ad canalem Ligovka, in declivibus argillosis

50. *Barb. convoluta* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 91. Syllab. 1845, p. 59, no. 5.

In muris vetustis pr. Gatczinam! rarissime. Autumno. Weinm. Ipse in locis lapidosis pr. Gatczinam, in turfosis prope Orlino copiose, et in argillosis pr. Babolowa. A medio Majo in Septemb. Circa Chinkolowam, in argillosis legerunt Dr. Ruprecht et Maximovicz!

51. *Barb. ruralis* Brid. *Syntrichia ruralis* Weinm. Petrop. 1837, p. 115, no. 92; Syll. 1845, p. 62, no. 2. *Bryum rurale* Sob. Petrop. 1799, p. 255, no. 714, ed. ross. II, 1802, p. 293, no. 732; *Mnium rurale* Georgi 1790, p. 522, no. 659 et *Bryum rurale* ejusd. l. c. no. 669. Kr. ed. Gort. 1761, p. 169. Kr. cod. mss. no. 481. (Ex syn. Dill.)

In arenosis, saxis, muris, tectis, sec. Sob. in truncis arborum vulgatissima, (ipse non vidi) at fere semper sterilis. In montosis Duderhovii! Krasz. Fructus maturos semel tantum medio Jun. legi.

(52.) *Barb. subulata* Brid. *Br. subulatum* Sob. Petrop. 1799, p. 253, no. 709, ed. ross. II, 1802, p. 292, no. 727; Georgi 1790, p. 522. no. 676.

Habitat in pratis et sylvis circa Petropolin. (Sob. l. c.)

In muris arcis urbis Iwangorod, anno 1853 m. Majo, parcius leg. Dr. Ruprecht et Maximovicz! thecis vetustis.

SELIGERIACEAE.

53. *Seligeria recurvata* Br. Eur. *Weissia recurvata* Weinm. Petrop. 1837, p. 111, no. 56; Syllab. 1845, p. 25, no. 4. *Bryum setaceum* Sob. Petrop. 1799, p. 254, no. 712 (ex citat. Hedwigii); ed. ross. II, 1802, p. 292, no. 730; Georgi 1790, p. 522, no. 665.

Habitat in aggeribus, sepibus et muris saxisque circa Petropolin. Apr. Majo. (Sob.) In lapidibus schistosis prope Pawlowsk semel. Vere. (Weinm.) Ipse in loco Weinmanni, in saxo unico calcareo in horto Pawl. per duos annos, fine Maji, fruct. mat. legi.

Obs. Vix beatus Sobol. veram speciem habuit, cum auctoritate Rudolphii tantum indicet (idque ex Georgii 1790 transscripserit) et locum nimis vagum adscribat; planta haec perpusilla et rarissima vix revera inventa fuit; potius pro *Mn. setaceo* L. haberem, quod ex Hedwig = *B. convoluta*, sed ob synonymon Hedwigii huc citavi.

GRIMMIACEAE.

54. *Schistidium ciliatum* Brid. Weinm. Syll. 1845, p. 11, no. 1. *Gymnostomum Hedwigia* Hoffm. Weinm. Petrop. 1837, p. 108, no. 38. *Gymnostomum ciliatum* Trin. et Libosch. mousses 1811, p. 4, no. 4!

Vulgare in saxis, praesertim apricis, v. g. ad m. Duderhof, pr. Pawlowsk etc. Secundum Trinius et Libosch. l. c. interdum in arboribus invenitur.

β. *imberbe* = *Sch. imberbe* Br. Germ. I. p. 99. t. 8. f. 4! et *Sch. imberbe γ gracile* Brid. Bryol. univ. I. p. 118 (non Br. Europ.) Weinm. Syll. p. 11.

Circa Pawlowsk Weinm. ex Nees et Hornsch. l. c. et Brid. l. c. Exacte eandem formam, qualis ab auctoribus

Bryol. Germ. depingitur, in saxis ad m. Duderhof legi. Ambae varietates vere et autumno fructiferae.

55. *Grimmia apocarpa* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 111, no. 51; Syll. 1845, p. 28, no. 2. *Bryum apocarpum* Sob. Petr. 1799, p. 254, no. 711; ed. ross. II, 1802, p. 292, no. 729. Georgi 1790, p. 522, no. 674.

In saxis graniticis communis, rarior in arboribus et tectis. Ab initio Aprilis ad medium Majum et iterum autumno.

β. *gracilis* Schleich. Weinm. Syll. p. 29 = *Gr. gracilis* Weinm. Petrop. p. 111, no. 52.

In graniticis frequens.

γ. *rivularis* Brid. Weinm. Syll. p. 29 = *Gr. alpicola* β *rivularis* W. Petrop. p. 111.

Ad saxa in aquis parce. Majo. Jun. (W. Petrop.) Ad saxa in aquosis prope Gatczinam. Autumno. (W. Syllab.)

δ. *alpicola* Sw. = *Gr. alpicola* W. Petrop. p. 111, no. 53; Syll. p. 28, no. 1.

In graniticis permagnis, in locis humidis umbrosis, pr. Novo-Iwanowsky autumno legit Weinmann, circa Gatczinam, Aprili, ipse.

ε. *serrulata* Weinm. Syll. p. 30.

In saxis pr. Gatczinam, autumno. Weinm.

56. *Grimmia ovata* Weber et Mohr. Weinm. Petrop. 1837, p. 111, no. 54; Syll. musc. 1845, p. 31, no. 4.

In graniticis terra argillacea tenue obtectis. Autumno. (Weinm.) Ipse tantum circa Gatczinam, Aprili. Vidi quoque specc. ad m. Duderhof, a Dr. Bongard lecta, in Hb. Acad. Imp. scient.

57. *Gr. pulvinata* Sm. Weinm. Syllab. 1845, p. 32, no. 5; *Dryptodon pulvinatus* Weinm. Petrop. 1837, p. 111, no. 55; *Bryum pulvinatum* Sobol. Petrop. 1799, p. 253, no. 708, ed. ross. II, 1802, p. 292, no. 726. Georgi 1790, p. 522, no. 678.

In saxis et tectis etiam sec. Sobolewsky (ed. ross. l. c.) in arboribus. Aprili et Septembri.

58. *Racomitrium microcarpon* Brid. Weinm. Syll. 1845, p. 33, no. 2; *Trichostomum microcarpum* Weinm. Petrop. 1837, p. 114, no. 82.

In graniticis non rarum, v. g. pr. Oranienbaum, ad m. Duderhof, circa Gatczinam. Ab initio Aprilis ad init. Maji fructificat, sed fructus ad autumnum persistunt.

ORTHOTRICHACEAE.

59. *Orthotrichum gymnostomum* Bruch.

In sylvis antiquis pr. Lissino et Drużnaja Gorka ad truncos Populi tremulae L. raro. Medio Majo.

60. *Orth. obtusifolium* Schrad. Weinm. Petrop. 1837, p. 117, no. 105; Syllab. 1845, p. 63, no. 1.

In cortice Populi tremulae, rarius Betulae in m. Duderhof, pr. Drużnaja Gorka, in horto Gatczinensi. Vulgatissimum in horto Pawlowsk, ubi ad truncos varios, imo ad saxa reperitur. Medio Majo et init. Jun. fructiferum.

61. *Orth. anomalum* Hedw. Weinm. Syll. 1845, p. 66, no. 65.

Ad truncos agri Petrop. beat. Dr. Bongard. (Weinm.) In rupibus calcareis prope Narvam legerunt Dr. Ruprecht et Maximovicz! Fine Maji.

62. *Orth. pumilum* Sw.

Ad corticem Populi, Pini sylvestris et praesertim Coryli Avellanae in m. Duderhof. Init. Junii.

63. *Orth. affine* Schrad. Weinm. Petrop. 1837, p. 117, no. 105; Syll. 1845, p. 64, no. 2.

Ad truncos varios et saxa vulgare; per totum fere annum cum fructibus maturis legitur.

64. *Orth. speciosum* Nees.

In arboribus et saxis, v. g. in horto Pawlowsk, Gatczina, Oranienbaum, Drużnaja Gorka, etc. Cum praecedente per annum.

ENCALYPTEAE.

65. *Enc. streptocarpa* Hedw.

In saxis calcareis pr. Pawlowsk raro et semper sterilis.

FUNARIACEAE.

66. ***Physcomitrium pyriforme*** Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 108, no. 37; Syll. 1845, p. 14, no. 5 (in utroque opere sub *Gymnostomo*). Trin. et Libosch. mousses 1811, p. 2, no. 2! (sub *Gymnost.*)

In solo argilloso, praesertim secus rivulos, et in ollis tepidariorum. Medio Majo, init. Junii.

Obs. Satum, primo anno capsulas profert et dein perit.

67. ***Funaria hygrometrica*** Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 127, no. 181; Syll. 1845, p. 83, no. 1; Trin. et Libosch. mousses 1811, p. 15, no. 15! Sob Petrop. 1799, p. 250, no. 694; ed. ross. II, 1802, p. 288, no. 712 (in utraque editione sub *Mnio*); Georgi 1790, p. 522, no. 663 (sub *Mnio*).

Vulgatissima, culturae constans comes, praesertim locis carbonatis delectatur. Magnitudine et colore variat, interdum tantum 3‴ alta, qualis *F. hygrometrica* ε Weinmanni Brid. Bryol. univ. II. suppl. p. 738 ab ipso in villa regia Pawloska (sic!) indicata. A medio Majo in aestatem.

Funaria flavicans Michx.

Circa Petropolin. Brid. Bryol. univ. II. p. 54, no. 3.

A nemine quantum scio, circa Petropolin lecta est, nec europaeam se unquam vidisse testantur auctores Bryol. Europeae*), verosimile errore indicata fuit.

SPLACHNACEAE.

68. ***Tetraplodon mnioides*** Bryol. Eur. *Splachnum mnioides* Trin. et Lib. p. 5, no. 5!

In paludosis turfosis. Trin. et Lib. l. c.

69. ***Tayloria serrata*** Br. Europ. = *Splachnum serratum* Weinm. Syllab. 1845, p. 18, no. 3.

In humidis prope Petrop. legit et benigne communicavit beat. Dr. Bongard. In iisdem locis prope Gatczinam beat. Prescott. Aestate. (Weinm. l. c.) Vidi spp. Petropol. in Hb. Bongard.

---

*) Cfr. Bryol. Europ. 3. *Funaria* p. 5.

β. *tenuis* Br. Europ. = *Spl. tenue* Smith.

Vidi spp. ingrica, circa Gatczinam Julio 1829 lecta, in Hb. Bongard.

70. *Splachnum ampullaceum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 110, no. 48, Syllab. 1845, p. 19, no. 6. Sob. Petrop. 1799, p. 248, no. 689; ed. ross. II, 1802, p. 286, no. 707. *Sphagnum* (sic!) *ampullatium* (sic!) Georgi 1790, p. 522, no. 652, *Spl. ampullaceum* Georgi 1800, p. 1387, no. 2; Gort. nec Krasz. fl. ingr. p. 168. Muscus capillaceus capitulis pyriformibus tubulosis Buxb. Cent. II. p. 1, t. I, f. 1.

Circa Kalinkam. Buxb. Gort. Sob. Weinm.; Catharinenhof. Sob. (nunc loca ambo destructa), ad Tosnam (pr. Nikolskoje ex ore ipsius Weinm.) et ad lacum Ladoga. (Weinm.) Jun. Jul. ex Sob. Jul. ex Weinm. Vidi spp. Weinm. in Hb. Acad. cum *Spl. luteo* in eodem caespite, et alia sine loco anno 1826 lecta.

71. *Spl. vasculosum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 110, no. 47, Syllab. 1845, p. 18, no. 5.

In paludibus profundis pr. Systerbeck D. Prescott. Aestate. (Weinm.) Vidi spp. Prescottiana, anno 1818 lecta, in Hb. Bongard.

72. *Spl. luteum* Linn. Weinm. Petrop. 1837, p. 110, no. 49; Syllab. 1845, p. 19, no. 7.

In paludosis turfosis ad lacum Ladoga cum *Spl. ampullaceo* sociatim crescit. Aestate. Weinm. Vidi spp. Weinm. in Hb. Acad.

73. *Spl. melanocaulon* Schwägr. = *Spl. luteum* Trin. et Libosch. mousses 1811, p. 6, no. 6!

Ad limites Fenniae muscum rarissimum beati auctores legerunt.

74. *Spl. rubrum* Linn. Weinm. Petrop. 1837, p. 110, no. 50, Syll. 1845, p. 21, no. 9, Georgi 1800, p. 1387, no. 1. Muscus norvegicus umbraculo ruberrimo insignitus Mus. Pet. Buxb. Obs. circa quasdam plantas ingricas in Comm. Acad. scient. Petrop. III. p. 273.

Ingria Buxb., Georgi, Schwägr. Suppl. I. Sect. 1. p.

55, no. 15. In sylvis umbrosis pr. Gatczinam D. Prescott comm. Aestate. (Weinm.) Vidi spp. Prescottiana anno 1829 circa Gatczinam lecta in Hb. Bongard.

MEESIACEAE.

75. *Meesia dealbata* Sw. Weinm. Petrop. 1837, p. 119, no. 116, Syllab. 1845, p. 83, no. 5.

In paludosis turfosis pr. Nowo-Iwanowsky ann. 1813. Aestate. Weinm.

76. *M. uliginosa* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 119, no. 115; Syll. 1845, p. 82, no. 2; Trin. et Libosch. 1811, p. 12, no. 12!

In pratis subhumidis turfosis ad pedem m. Duderhov! (Weinm.) Etiam prope officinam vitrariam Drużnaja Gorka, in sylva Butkowiana prope Gatczinam. Fine Junii et init. Julii.

77. *M. longiseta* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 119, no. 117, Syll. 1845, p. 82, no. 1.

In paludibus fere fluctuantibus ad viam Teitzensem, Julio (Weinm.). Vidi spp. cel. Weinmann in Hb. Acad., etiam inter foenum e Soikina advectum reperi.

78. *M. tristicha* Funk. (sub *Diplocomio*).

In paludosis pr. Drużnaja Gorka sterilem legi.

79. *Paludella squarrosa* Brid. Weinm. Syll. p. 67, no. 1; Georgi 1790, p. 522, no. 673 (sub *Bryo*); Georgi 1800, p. 1394, no. 21 (sub *Bryo*); Sob. Petrop. 1799, p. 256, no. 716, ed. ross. II, 1802, p. 293, no. 734; Gort. fl. ingr. p. 170 (uterque sub *Bryo*). Muscus palustris foliolis reflexis cauliculos quinquangulos formantibus Buxb. Cent. IV. 1733, p. 38, t. LXV, f. 1 (huc absque dubio pertinet, nec ad *Hypnum squarrosum*, ut vult Dillenius).

In prato humido prope Catarinov (sic!) Buxb., Gort., Sob. «In locis udis turfosis paludosis copiose, sed per triginta annos capsuliferam frustra quaesivi» Weinm. In insula rotunda et ad viam Peterhofianam semper sterilem legi. Sec. Sob. Majo fructifera.

BARTRAMIACEAE.

80. *B. pomiformis* Hedw. Sob. Petrop. 1799, p. 253, no. 706, ed. ross. II, 1802, p. 291, no. 724. *Mnium pomiforme* Georgi 1790, p. 522, no. 660. *Bryum pomiforme* ejusd. l. c no 668, Gort. ingr. p. 169 (omnibus sub *Bryo*); Krasz. mss. no. 483.

Circa Morina. Gort.; in cod. Krasz. locus deest. Murina Sob. In graniticis prope Oranienbaum invenit Kühlewein, cujus spp. vidi in Hb. Acad.

81. *Bartr. fontana* Sw. Weinm. Petrop. 1837, p. 118, no. 114, Syll. 1845, p. 85, no. 1 (sub *Philonoti*); Georgi 1790, p. 522, no. 661; Georgi 1800, p 1388, no. 3; Sob. Petrop. 1799, p. 251, no. 699; ed. ross. II, 1802, p. 290, no. 717 (uterque sub *Mnio*).

Ad rivulos, fossas, lacuum ripas frequens sed raro fertilis. Majo, Jun. sec. Weinm.

β. *minor* Weinm. Syll. l. c.

In arenosis ad scaturigines hinc inde Weinm. v. g. prope Koirowa, ad lacum ad pedem m. Pŏclonnaja. Init. Jun. fruct. immaturis lecta.

γ. *falcata* Weinm. Syll. p. 86.

In locis minus paludosis Weinm.

BRYACEAE.

82. *Bryum lacustre* Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 126, no. 169; Syll. 1845, p. 81, no. 2 (sub *Pohlia*).

In humidis turfosis inter gramina et alios muscos. Jul. (Weinm. l. c.) In tota Europa boreali rarum videtur, cum sec. cel. Fries (Summa Veget. Scand. p. 88) in tota Scandinavia tantum ad l. Wenern lectum. Ipse nec inveni, nec spp. Ingrica vidi.

83. *Br. uliginosum* Br. Europ.

In turfosis ad pedem m. Duderhof, prope Nikolskoje et Drużnaja Gorka parce. Medio Majo cum fructibus deoperculatis.

84. ***Br. annotinum*** (Linn. sub *Mnio*) Weinm. Petrop. 1837, p. 126, no. 167, Syll. 1845, p. 74, no. 4 (sub *Webera*).

In graminosis arenosis agri Petrop. rarissime. Julio. (Weinm. l. c.) Ipse in arenosis humidiusculis prope Pawlowsk sub finem Augusti cum calyptris legi. Aderant quoque specimina cum bulbillis axillaribus (Trentepohlia erecta Roth).

85. ***Br. nutans*** Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 164, Syll. musc. 1845, p. 73, no. 2 (sub *Webera*). ***Bryum*** *trichodes* etc. Kr. ex Gort. ingr. p. 171; Krasz. mss. no. 485 (ex syn. Dillenii). Muscus capillaceus capitulis falcatis turgidis Buxb. Cent. V. 1740, app. no. 8 (icon rudis).

In ericetis turfosis et ex maxima parte in truncis putridis. Etiam in arenosis humidiusculis sec. cel. Weinmann occurrit. A medio Junio maturum.

β. ***longisetum*** Brid. Weinm. Syll. p. 74.

In solo arenoso turfaceo prope Teitz semel. Julio. Weinm. Ipse in sylvis ad viam ferream Warszawiensem, solo turfoso, legi.

86. ***Br. crudum*** Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 127, no. 176, Syll. 1845, p. 73, no. 1 (sub *Webera*).

In collibus arenosis hinc inde in agro Petrop. Vere, aestate. (Weinm.)

87. ***Bryum carneum*** Linn. Georgi, Beschr. des Russ. Reichs. 1800, p. 1394, no. 25.

Ingria (Georgi). In argillosis ad ripas fl. Lustowka ditionis Lissinensis, ad fossas in horto Pawlowsk., prope Družnaja Gorka, Nikolskoje et ad ripas Newae prope Ustj-Tosna. Ab initio ad finem Maji.

88. ***Br. Wahlenbergii*** Schwägr.

In paludosis ad scaturigines prope Druźnaja Gorka parce, in horto Pawlowsk; copiose et pulcherrimum ad rivulos frigidos prope Nikolskoje ad Tosnam. Ab initio ad finem Maji.

89. *Br. longicolle* Sw. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 163; Syllab. 1845, p. 81. no. 1 (sub *Pohlia minor* Schw.*).

In locis lapidosis et collibus arenosis prope Pawlowsk! (Weinm.!) et prope Nikolskoje, fine Maji et init. Junii.

90. *Br. pyriforme* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 165; Syll. 1845, p. 79, no. 8; Trin. et Libosch. 1811, p. 10, no. 10! *Br. aureum* Web. Georgi 1790, p. 522, no. 680; Georgi 1800, p. 1394, no. 26. *Br. mnioides* Sob. Petrop. 1799, p. 253, no. 707; ed. ross. II, 1802, p. 291, no. 725.

In muris, declivibus humo nigra exsiccata tectis, et praecipue in locis sylvaticis deustis. Ab initio Junii ad finem Augusti.

91. *Br. intermedium* Schw. Weinm. Petr. 1837, p. 126, no. 166; Syll. 1845, p. 79, no. 7 (sub *Br. pallescens* β *intermedium*).

In turfosis humidiusculis ad viam Teitzensem! parce. Vere, autumno. (Weinm.) Vidi quoque Spp. Weinm. in Hb. Acad.

92. *Br. pallescens* Schleich. Weinm. Petrop. 1837. p. 126, no. 170; Weinm. Syll. 1845, p. 78, no. 7.

«In arenoso-turfosis rarius. Vere.» (Weinm. Petrop.) «In arenoso-turfosis prope Nowo-Iwanowsky ann. 1813.» (Weinm. Syll.) Ipse tantum circa m. Duderhof bis legi. Fine Junii et in t. Aug.

Obs. Satum, primo anno caespites steriles tantum protulit et dein periit.

93. *Br. bimum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 126, no. 172; Syll. 1845, p. 76, no. 2.

In paludosis parce Weinm. Majo in Fl. Petrop. Aestate in Syll.

«Species dubia, cum synonyma omnia ex parte ad *Br. pseudotriquetrum* spectent, nec ex iis aliquid judicare liceat; mihi non visa et sola fide auctoris citati recepta. (De hac specie Br. Europ. 4. *Bryum* p. 50 et 51.)

---

*) *Pohl. minor* Weinm. huc absque dubio pertinet, cum circa Pawlowsk, cum forma normali, formam multo minorem, tabulae 64 Schwägr. Suppl. I. a cel. Weinm. huc citatae, omnino respondentem, legi.

94. ***Br. pseudotriquetrum*** (Hedw. limit. Br. Europ.) Weinm. Petrop. 1837, p. 126, no. 171; Syll. 1845, p. 75, no. 1.

In paludosis haud infrequens. A fine Junii in Augustum.

95. ***Br. Duvalii*** Voit. Weinm. Syll. 1845, p. 76, no. 3.

Ad viam Teitzensem in locis paludosis turfosis raro. Aestate. Weinm. l. c.

96. ***Br. turbinatum*** Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 126, no. 168; Syll. 1845, p. 76, no. 4.

In humidis arenosis parce. (Weinm.) Ipse in pratis paludosis circa Babolowa, Gatczina etc. Ab initio Junii ad medium Julii.

97. ***Br. pallens*** Sw. (*Br. turbinatum* Weinm. Petrop. ex parte! ex autopsia spp. cel. Weinm. in Hb. Acad.)

In arenoso-turfosis humidiusculis prope Murina sat copiose. Medio Augusto.

98. ***Br. caespiticium*** Linn. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 162; Syll. 1845, p. 77. no. 6. *Mnium caespititium* Sob. Petrop. 1799, p. 251, no. 701, ed. ross. II, 1802, p. 290, no. 719. *Br. caespiticium* Georgi 1790, p. 522, no. 678. Muscus capillaceus, capitulis pendulis, foliis acutiusculis in pilum desinentibus Buxb. Cent. V. 1740, App. p. 39, no. 6. (huc pertinere videtur).

In pascuis circa Narvam. (Buxb.) Vulgatissimum, tam in arenosis quam in turfosis et saxis occurrens et summopere polymorphum. A fine Maji ad medium Julii.

β. *rupestre* Hüben. Weinm. Syll. p. 78.

In muris vetustis prope Gatczinam. (Weinm.)

γ. *pulchellum* Weinm. Syll. l. c.

Prope Pawlowsk in graniticis. Vere, Aestate. Weinm.

99. ***Br. erythrocarpum*** Schwägr.

In arenoso-turfosis subhumidis prope Pargola. Initio Junii.

100. ***Br. argenteum*** Linn. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 161; Syll. 1845, p. 80, no. 9. Trin. et Liboscb. mousses 1811, p. 13, no. 131

In muris, areis hortorum, ad latera fossarum argillo-

sarum copiosum, at mihi tantum sterile obvium. Aestate. Autumno ex Weinm. cujus spp. fructifera, circa Pawlowsk lecta, vidi in Hb. Acad.

101. *Br. roseum* Schreb. Weinm. Petr. 1837, p. 127, no. 179; Syll. 1845, p. 69, no. 1 (sub *Mnio*). *Mnium proliferum* Sob. Petrop. 1799, p. 252, no. 704; ed. ross. II, 1802, p. 291, no. 722. *Mn. serpyllifolium* Georgi 1790, p. 522, no. 657 (ex parte). *Mn. serpyllifolium* β Kr. ex Gort. p. 169, Kr. cod. mss. no. 479. Muscus stellaris roseus Buxb. Cent. II. 1728, p. 2. t. 2. f. 3.

In sylvis et hortis ad terram et truncos putridos copiosum at fere semper sterile. Fructiferum legerunt: Buxbaum in ins. Basilii, Krasz. in m. Duderhofl unde etiam spp. fruct. in Herb. Bong. vidi, Weinmann, cujus spp. in Hb. Acad. adsunt, et denique ipse in horto Gatczinensi. Aestate, sed thecae ad ver usque persistunt.

TETRAPHIDEAE.

102. *Tetraphis pellucida* Hedw. Weinm. Petr. 1837, p. 110, no. 46; Syllab. 1845, p. 15, no. 1. *Mnium pellucidum* Sob. Petrop. 1799, p. 251, no. 695; ed. ross. II, 1802, p. 289, no. 713; Georgi 1790, p. 522, no. 660; Georgi 1800, p. 1388, no. 1.

In sylvis ad truncos putridos, rarius in terra ad eorum basin, frequens et copiosissima v. g. Krestowsky, Gatczina, Lissino etc. Aprili — Septembri. Sec. Sob. etiam in uliginosis occurrit, sed cum b. auctor hanc speciem a Rudolphio habuit, vel potius ex Georgi 1790 transscripsit, in opere cujus locus specialis deest, locum fingere necesse credidit.

MNIACEAE.

103. *Mnium punctatum* Hedw. Weinm. Syllab. 1845, p. 71, no. 6; Petrop. 1837, p. 126, no. 173 (sub *Bryo*). *Mn. serpyllifolium* Sob. Petrop. 1799, p. 251, no. 702, ed. ross. II, 1802, p. 290, no. 720.

Habitat in monte Duderovo! et ins. Apothecaria, Lapidea, Basilensique frequens est. Sob. l. c. In sylvis umbrosis ad truncos putridos et ad rivulos frequens v. g. in horto Pawlowsk, prope Nikolskoje etc. A medio Majo ad medio Junium.

104. *Mnium rostratum* Schw. Weinm. Syllab. 1845, p. 71, no. 5.

In sylvis humidis ad truncos putridos prope Gatczinam! (Weinm.), in m. Duderhof et in horto Pawlowsk, prope Lapuchinkam (Dr. Ruprecht!). A fine Maji ad med. Jun.

105. *Mn. undulatum* Hedw. Weinm. Syll. 1845, p. 69, no. 2; Petrop. 1837, p. 127, no. 178 (sub *Br. ligulato*). *Mnium undulatum* Sob. Petrop. 1799, p. 252, no. 705; ed. ross. II, 1802, p. 291, no. 723.

In sylvis umbrosis et hortis, v. g. prope fabricam pyriam Ochtensem (Sob.), in horto Pawlowsk, Gatczina etc. Fine Maji fructibus immaturis legi; plerumque sterile.

106. *Mn. affine* Bland. Weinm. Petrop. 1837, p. 126, no. 175 (sub *Bryo*), Syll. 1845, p. 70, no 3.

In sylvis et pratis paludosis frequens et copiosum, v. g. prope Nikolskoje, ad m. Duderhof, in horto Lycaei in ipsa urbe! A medio Majo ad init. v. med. Junii.

107. *Mn. cuspidatum* Hedw. Weinm. Syll. 1845, p. 70, no. 4; Petrop. 1837, p. 126, no. 174 (sub *Bryo*) Sob. Petr. 1799, p. 252, no. 703; ed. ross. II, 1802, p 291, no 721. *Mnium serpyllifolium* Georgi 1790, p. 522, no. 657 (ex parte). *Mn. serpyllifolium* α. Kr. ex Gort. p. 169. Kr. cod. mss. no. 480, ejusd. ind. mss. 1749, no. 78 (ex syn. Dill.).

In montosis Duderhovii! (Krasz.) Vulgatissimum in sylvis ad arborum radices et truncos putridos. A fine Maji vel prius.

108. *Mn. stellare* Reich.

In sylvis umbrosis ad basin truncorum pr. Druźnaja Gorka, Nikolskoje, Gatczina et in m. Duderhof. Versus med. Jun. maturum.

(109.) *Mn. serratum* Schwägr. Weinm. Syll. 1845. p. 72, no. 8; Petrop. 1837, p. 127, no. 177 (sub *Br. marginatum* Dicks.).

In sylvis umbrosis humidis turfosis pr. Nowo-Iwanowsky anno 1813 legi. Aestate. Weinm. l. c.

110. *Mn. cinclidiodes* Hüben.

In pratis paludosis spongiosis ad rivulos prope Nikolskoje et ad m. Duderhof rarissime. Fine Maji et init. Junii.

111. *Aulacomnion palustre* Schw. Weinm. Syll. 1845, p. 67, no. 1; Petrop. 1837, p. 127, no. 80 (sub *Mnio*). *Mnium palustre* Sob. Petr. 1799, p. 251, no. 700; ed. ross. II, 1802, p. 290, no. 718; Georgi 1790, p. 522, no. 662.

In pratis humidis et paludosis ubique. Medio Junio.

※ *Aulacomnion androgynum* Schw. *Bryum androgynum* Sob. Petrop. 1799, p. 255, no. 715; ed. ross. II, 1802, p. 295, no. 735; *Mnium androgynum* Georgi 1790, p. 522, no. 656. Musci parvi elegans species Buxb. in Comm. Acad. Imp. Scient. Petrop. III. p. 273, t. 14, f. 2!

Apud omnes florae nostrae auctores species haec memoratur sola auctoritate Buxbaumii, cujus autem icon rudis et habitu magis *Tetraphidem* refert, sed ob capitula in pedicellis nudis (quamvis brevibus) ab omnibus Bryologis, praeeunte Dillenio, muscus Buxbaumii ad *Aulacomnion androgynum* relatus est.

112. *Timmia megapolitana* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 119, no. 119; Syll. 1845, p. 88, no. 1.

In locis humidis prope Petropolin legit et benevole comm. b. Prescott. (Weinm. l. c.) In turfosis humidiusculis ad viam Peterhofianam (Prescott ex verbis Weinm.), Duderhof (Hb. Bong.), Družnaja Gorka et in horto Imp. Pawlowsk parce. Ipse medio Majo legi fruct. mat., sec. cel. Weinmann aestate fructificat.

POLYTRICHACEAE.

113. *Catharinea undulata* Brid. Weinm. Syll. 1845, p. 89, no. 1; Petrop. 1837, p. 116, no. 93 (sub *Polytricho*). Sob.

Petrop. 1799, p. 249, no. 693; ed. ross. II. 1802, p. 288, no. 711 (sub *Polytricho*). *Bryum undulatum* Rud. ex Georgi 1790, p. 522, no. 677.

In graminosis humidiusculis et ad latera fossarum, medio Aprilis jam deoperculata, et iterum a medio Aug.

β. *minor* Weinm. Syll. l. c.

In sylvaticis ad lacum Ladoga. (Weinm.) Ob «capsulas angustiores» an species sequens?

γ. *intermedia* Weinm. Syll. l. c.

Ad latera fossarum prope Pawlowsk copiose. (Weinm.)

114. *Catharinea angustata* Brid.

In declivibus argillosis ad fl. Lustowka in ditione Lissinensi initio Maji operculis delapsis.

115. *Pogonatum nanum* Brid.

Unicum specimen ingricum vidi in Hb. Bongard, sub nomine *P. aloidis*.

116. *Pogonatum urnigerum* Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 116, no. 94; Syll. 1845, p. 91, no. 3.

In declivibus et lateribus fossarum argillosis, arenosisque, v. g. prope Murino, Oranienbaum, Nikolskoje, Druźnaja Gorka; circa Antelewa lectum vidi in Hb. Bongard. A medio Augusto, sed vere insequentis anni thecae adhuc vigent.

117. *Pogonatum alpinum* Brid.

Spp. ingrica vidi in Hb. Bongard.

γ. *arcticum* Sw. Weinm. Petr. 1837, p 116, no. 95; Syll. 1845, p. 92, no. 4 (sub *Polytr.*).

In locis asperis sylvaticis raro (Weinm.).

118. *Polytrichum gracile* Menz. Weinm. Petrop. 1837, p. 117, n. 99; Syll. 1845, p. 93, no. 7.

In paludosis turfosis sed rarius; ipse tantum ad viam Krasnoseliensem prope Ligowo, init. Jun. fruct. semimaturis legi. Secundum cel. Weinmann vere et aestate maturum.

119. *Polytrichum formosum* Hoppe. Weinm. Petrop. 1837, p. 116, n. 98; Syll. 1845, p. 97, n. 14.

β. *pallidisetum* Funck. Weinm l. c.

In pascuis humidiusculis, turfosis, ericetosis. Vere et aestate. β. in locis muscosis ericetosis elevatioribus.(Weinm.) Vidi spp. Weinmanniana utriusque varietatis in Hb. Acad. Ipse quoque prope Volhynkina et in ins. Krestowsky medio Augusti thecis deoperculatis vetustis legi.

120. *Polytrichum piliferum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 116, no. 96; Syll. 1845, p. 95, no. 10; Sob. Petr. 1799, p. 249, no. 692; ed. ross. II, 1802, p. 288, no. 710.

In arenosis turfosisque frequens et copiosē. «In locis turfaceis circa monasterium Alexandronewsky!» a b. Sobol. primum lectum. Fine Maji et init. Jun. Formam cālyptra pulcherrime rosea in graniticis prope Oranienbaum inveni.

121. *Polytrichum commune* L. Weinm. Petr. 1837, p. 117, n. 100; Syll. 1845, p. 96, no. 13; Sob. Petr. 1799, p. 248, no. 690; ed. ross. II, 1802, p. 286, n. 708; Georgi 1790, p. 522, no. 655; Georgi 1800, p. 1387, no. 1. Kr. ex Gort. 1761, p. 168; Kr. mss. no. 471 (ex cit. Dill. excl. var. α).

Vulgatissimum in sylvis, ubi saepe ultrapedale, prātis, paludosisque; prope Murino! et coem. St Johannis Sobol. Medio Jun. Variat calyptra tota rufa, et albida apice rufescente.

122. *Polytrichum juniperinum* Hedw. Weinm. Petr 1837, p. 116, no. 97 et p. 117, no. 101; Syll. 1845, p. 94, no. 3; Sobol. Petr. 1799, p. 248, n. 691; ed. ross. II, 1802, p. 287, no. 709; Kr. ex Gort. ingr. 1761, p 168 var. α.; Krasz. mss. no. 471 α (ex cit. Dill.)

Cum praecedente ubique, eodemque tempore fructiferum. «In uliginosis et umbrosis Pargelovii! et Murinae!» (Sobolewsky).

β. *affine* Funck. Weinm. Syll. p. 95.

In pratis turfosis. Vere. Aestate. (Weinm.)

γ. *alpestre* Hoppe = *Polytr. alpestre* Weinm. Syll. p. 95, no. 9.

In pratis turfosis hinc inde. Aestate. (Weinm.) Vidi spp. cel. Weinmann in Hb. Acad.

BUXBAUMIACEAE.

123. *Buxbaumia aphylla* L. Weinm. Petr. 1837, p. 110, no. 45; Syll. 1845, p. 98, no. 1; Sob. Petr. 1799, p. 248, no. 688; ed. ross. II, 1802, p. 286, no. 706; Georgi 1790, p. 522, no. 654.

In circulis Kareliensibus. Rud. ex Georgi 1790 (i. e. in regione e septentrione Newae) et Sobol. In horto Imp. Pawlowsk pluribus locis ex verbis cel. Weinm., sed in locis ab ipso mihi indicatis per duos annos frustra quaesivi. Junio ex Sob. Per totam aestatem ex Weinm., cujus spp. vidi in Hb. Acad.

124. *Diphyscium foliosum* Web. et Mohr.

Spp. Petropoli lecta vidi in Hb. Bongard.

HYPNACEAE.

125. *Leucodon sciuroides* Schwägr.

In truncis tiliarum in horto Imper. Peterhofiano et ad saxa circa m. Duderhof copiose, sed semper sterilis.

126. *Neckera pennata* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 118, no. 107; Syll. 1845, p. 102, no. 1; Trin. et Lib. mousses 1811, p. 11, no. 11 (Specimina mosquensia potius ad *N. oligocarpam* Br. Eur., heic non obviam, spectantia). *Fontinalis pennata* Sobol. Petrop. 1799, p. 247, n. 687; ed. ross. II, 1802, p. 285, no. 705; Rud. ex Georgi 1790, p. 522, no. 653; Georgi 1800, p. 1386, no. 3.

In sylvis antiquis ad truncos, v. g. in ins. Krestowsky (Prescott in Hb. Bong.), in m. Duderhof, Lissino etc. Ab initio Maji (jam Aprili ex Sob.) ad Augustum, vel serius.

※ *Neckera complanata* Hübn. *Hypnum complanatum* Rud. ex Georgi 1790, p, 522, no. 689; Sob. Petrop. 1799, p. 258, no. 723; ed. ross. II, 1802, p. 295, n. 741; Georgi 1800, p. 1395, no. 5.

Circa Petropolin. (Rud. ex Georgi) Ad truncos arborum passim. Majo (Sob. cum auctoritate Rudolphii et Boeberi). Verosimile *Lesk. trichomanoides*, tunc minus

nota, sed veram *N. complanatam* vidi inter muscos in prov. Balticis a D. Girgensohn collectos.

127. *Neckera repens* Schwägr.

In trunco quodam in ins. Krestowsky d. 15 April 1855 cum fructibus deoperculatis parcius inveni.

※ *Antitrichia curtipendula* Brid. *Hypnum curtipendulum* Rud. ex Georgi 1790, p. 522, no. 698. Sob. Petr 1799, p. 257, no. 720; ed. ross. II, 1802, p. 294, no. 738.

Circa Petropolin (Rud. ex Georgi). Habitat ad radices arborum et saxorum. Majo (Sob. cum auctoritate Rud. et Boeberi et citato Dillenii). Verosimile erronea, an *H. Schreberi*, cujus thecae nondum maturae arcuato-nutantes occurrunt et cujus spp dantur, iconi Dillenianae citatae haud dissimilia? Veram e Lithuania se vidisse refert cel. Weinmann. (Syll. p. 102).

128. *Leskea trichomanoides* Leys. Weinm. Petrop. 1837 p. 118, no. 8; Syll. 1845, p. 104, no. 1.

In saxis sylvaticis, locis umbrosis, rarius ad truncos hinc inde v. g. in monte Duderhof, in horto Gatczinensi; spp. pulchre fructifera in saxis prope Nikolskoje medio Majo legi. Rarius fert lis.

129. *Leskea polycarpa* Ehrh. Weinm. Petrop. 1837, p. 118, no. 111; Syll. 1845, p. 106, no. 5; *Leskea paludosa* Hedw. (quae specie non differt), Weinm. Petrop. 1837, p. 118, n. 112; Syll. 1845, p. 106, n. 4.

Ad truncos arborum variarum hinc inde v. g. prope Pawlowsk! (Weinm.), Nowo-Iwanowsky (Weinm.), Gatczinam! (Weinm.), m. Duderhof, prope Volhynkinam. Junio — Sept.

130. *Leskea nervosa* Myrin. *Maschalocarpus nervosus* Weinm. Petrop. 1837, p. 112, no. 59. *Anomodon nervosus* Weinm. Syllab. 1845, p. 101, no. 2.

In truncis arborum parce et plerumque sterilis, v. g. in m. Duderhof, ubi in Betula alba legi. Autumno, vere sec. Weinm. Fl. Petrop.; aestate (Weinm. Syll.); ipse initio Junii capsulis jam delapsis setisque tantum superstitibus inveni.

131. *Leskea subtilis* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 118, no. 109; Syll. p. 107, no. 6.

In saxis apricis prope Nowo-Iwanowsky anno 1813. (Weinm.) Ipse in truncis betulinis in m. Duderhof et in horto Gatczin. Initio Junii v. prius.

132. *Leskea polyantha* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 118, no. 110; Syll. 1845, p. 105, no. 3. *Hypnum filifolium* Sob. Petrop. 1799, p. 257, no. 722; (ex. syn. Dill., sed non ex loco «in humidis ad arborum radices»); ed. ross. II, 1802, p. 295, no. 740; Rud. ex Georgi 1790, p. 522, no. 697. *Hypnum sericeum* ramosius etc. Dill. Krasz. ex Gort. fl. ingr. 1761, p. 173; Krasz. mss. no. 475.

Vulgatissima in arboribus, sepibus et saxis. Per totum annum fructifera.

Obs. Hypnum sericium (sic!) Georgi 179', p. 522, no. 686 (sub auctoritate Gorteri); *H. sericeum* Sob. Petr. 1799, p. 257, no. 721 (exclusis synon.); ed. ross. II, 1802, p. 295, no. 739, certissime est *Leskea polyantha*. Beatus auctor enim, praeeunte Georgi (1790), ita Dillenii synonymon *Hypnum sericeum ramosius et tenuius, capsulis acuminatis* interpretatus est, sub quo species haec apud Kraszeninnikow et Gorter militat, quod etiam patet ex loco natali, partim mutato, «in truncis arborum et *pratis siccis*» (ubi nec *L. polyantha* nec *L. sericea* occurrunt); apud Gorter «*et terra*» legitur. Vera *L. sericea* Hedw. in Prov. Balt. jam lecta est.

133. *Leskea attenuata* Hedw.

In truncis putridis et saxis, in umbrosis montis Duderhof. Semper sterilis.

134. *Leskea pallescens* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 118, no. 113; Syll. 1845, p. 107, no. 7.

In sylvis ad basin truncorum v. in ipsis truncis, rarius ad saxa, v. g. in monte Duderhof, circa Gatczinam, prope Oranienbaum. Majo. Junio et dein fine Augusti, sed fructus per annum superstites reperiuntur.

135. *Climacium dendroides* Weber et Mohr. Weinm. Petr. 1837, p. 119, n. 118; Syll. 1845, p. 108, no. 1; Sob. Petr. 1799, p. 257, no. 719; ed. ross. II, 1802, p. 294, no. 737; Georgi 1790, p. 522, no. 695 (omnibus praeter Weinm. sub *Hypno*).

In pratis humidis, praesertim sylvaticis, vulgatissimum, magnitudine (2″—5″) et colore obscure viridi vel lutescente varians. Rarius fertile. Ab initio Aprilis ad init. Maji; sec. cel. Weinmann etiam autumno fructiferum.

136. *Hypnum denticulatum* Linn. Weinm. Petrop. 1837, p. 123, no. 152; Syll. 1845, p. 110, no. 2; *H. sylvaticum* Weinm. Petrop. p. 123, no. 151 (excl. syn. ex Weinm. Syllab. l. c.) ad var. β.

Vulgatissimum in truncis putridis, rarius in saxis. Aprili, dein a fine Augusti in Octobrem.

β. *sylvaticum* Brid. Weinm. Syll. p. 111. *H. sylvaticum* ejusd. Petrop. l. c. Muscus pennatus, capitulis acutis in pediculis longissimis Buxb. Cent. V, App. p. 39, no. 7 (icon rudis).

In sylvis Ingriae, Majo capitula profert. (Buxb.) In sylvis ad arborum radices et saxa minus copiose, v. g. Krestowsky, Duderhof, Oranienbaum etc.

137. *Hypnum silesiacum* P. B. Weinm. Petrop. 1837, p. 121, no. 138; Syll. 1845, p. 111, no. 3.

Ad basin truncorum prope Nowo-Iwanowsky (Weinm.), in truncis putridis in m. Duderhof et prope Druźnaja Gorka parce (ipse), pr. Ochta ad radices arborum (Hb. Bongard). Medio Majo deoperculatum legi.

138. *Hyp. cupressiforme* Linn. Weinm. Petr. 1837, p. 124, no. 153; Syllab. 1845, p. 141, no. 49 (cum varr. plurimis); Sob. Petr. 1799, p. 260, no. 731; ed. ross. II, 1802, p. 297, no. 749; Georgi 1790, p. 522, no. 692. Muscus terrestris minor foliis crispis Buxb. Cent. IV, p. 37, t. LXIII, f. 3 (icon rudis, huc citanda, contra Dillenii conjecturam, qui ad *H. praelongum*, numquam arboreum ducit).

Frequens in arboribus. (Buxb.) Vulgare in pratis, arboribus, ad saxa et summopere polymorphum. Medio Junio maturum et dein sero autumno.

139. *H. Crista Castrensis* Linn. Weinm. Petr. 1837, p. 125, no. 160; Syllab. 1845, p. 142, no. 50; Trin. et Lib. 1811, p. 15, no. 15! (forma macra); Sobol. Petrop. 1799, p. 259, no. 730; ed. ross. II, 1802, p. 297, no. 748; Georgi 1790, p. 522, no. 691.

In sylvis antiquis ad truncos putridos v. saxa, rarius fertile. Medio Majo deoperculatum.

140. *Hypnum riparium* L. Weinm. Petr. 1837, p. 123, n. 149; Syll. 1845, p. 113, no. 6; Sob. Petr. 1799, p. 261, no. 735; ed. ross. II, 1802, p. 298, no. 753; Georgi 1790, p. 522, no. 701; Georgi 1800, p. 1398, no. 29.

In aquis purioribus ad saxa et palos, etiam in terra humida et ad basin truncorum locis paludosis, copiose. A fine Maji ad finem Augusti.

β. *longifolium* Brid. Weinm. Syll. p. 114.

«In iisdem locis eodemque tempore florens.» Weinm.

γ. *homomallum* Brid. Weinm Syll. l. c.

In locis minus aquosis agri Petropol. semper sterile, (Weinm.) v. g. prope Gatczinam (ipse).

δ. *prolixum* Weinm. Syll. l. c.

«In aquis frigidis, limpidis, rapide fluentibus, saxis arcte adhaerens prope Pawlowam in canalibus. Semper sterile». Weinm. Formam eandem prope Babolowa parcissime fructiferam legi, etiam in rivulis pr. Nikolskoje occurrit.

141. *Hypn. uncinatum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 124, no. 155; Syll. 1845, p. 146, no. 56.

In sylvis humidis ad saxa et truncos putridos vulgatissimum. Per totum annum fructiferum legi.

142. *Hypn. fluitans* L. Weinm. Petr. 1837, p. 124, no. 154; Syll. 1845, p. 147, no. 57; Sobol. Petr. 1799, p. 258, no. 725; ed. ross. II, 1802, p. 295, no. 743; Georgi 1790, p. 522, no. 684; Kr. ex Gort. p. 172; Krasz. mss. no. 472

(sine loco). Muscus palustris foliis angustissimis flagellis longis Buxb. Cent. V. 1740, Append. p. 38, no. 3.

In paludibus Ingriae. (Buxb. sterile depingit). In aquis stagnantibus et fossis v. g. prope Ligowka, ad v. Teitzensem, Lissino etc. non rarum, sed ab omnibus a Buxb. ad nostra usque tempora sterile lectum. Sec. Sobol. «Majo floret», sed beatus auctor vix verum habuit, quum «ad ripas humidas et rivulos» habitare affirmat, vel potius tempus fructificandi cum diagnosi ex libro quodam transscripsit.

143. *Hypnum aduncum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 124, no. 157; Syll. 1845. p. 144, no. 54 (cum varr. plurim.).

In paludibus et fossis stagnisque copiosum, valde polymorphum, interdum ultrapedale $2\frac{1}{2}'''$ latum, quale in stagnis horti Gatczin., vel tenuissimum, praecedentis facie. Fine Maji et init. Junii in pratis, in paludibus sphagnosis multo serius; formae plurimae semper steriles.

(144.) *H. confertum* Dicks. Weinm. Petrop. 1837, p. 122, no. 141; Syll. 1845, p. 115, no. 9.

In sylvis ad truncos prope Nowo-Iwanowsky semel. Autumno. (Weinm.)

145. *H. plumosum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 121, no. 137. *H. salebrosum* Weinm. Syll. 1845, p. 123, n. 21 (ex parte, cum *H. plumosum* Fl. Petrop. uti syn. adduxit).

In sylvis ad truncos putridos copiosum. Ab init. April. ad init. Maji et dein fine Septembris.

Observ. Muscus terrestris erectus foliis angustioribus Buxb. Cent. IV, p. 37, t. LXIV, f. 2, huc pertinere videtur, contra Dillenium, qui ad *H. Schreberi* ducit, sed icon rudissima conjecturas tantum admittit.

146. *H. salebrosum* Hoffm. Weinm. Petr. 1837, p. 121, no. 139; Syll. 1845, p. 123, no. 21 (ex parte).

In sylvis ad truncos et saxa praecedente rarius, parciusque fructificans. Aprili, Majo, dein sero autumno.

147. *H. albicans* Neck. Weinm. Petr. 1837, p. 121, no. 136; Syll. 1845, p. 119, no. 15.

In pratis humidis, arvis, arenosisque, rarius fertile. Ab initio Aprilis in Majum.

Obs. Pterigynandrum cirrhosum Brid. Bryol. univ. II, p. 184, circa Petropolin a Brid. l. c. indicatum, secundum C. Müll. syn. 2, p. 361, ex autopsia spec. Bridelii, est *H. albicans* Neck.

148. *Hypnum glareosum* Bruch.

In pratis humidis prope scholam saltuariam, Oranienbaum ad montem Duderhof parce, circa Jamburg (Dr. Ruprecht et Maximovicz!). A medio Aprilis ad medium Maji.

149. *Hypn. Weinmanni* Nees ab Esenb. in litt. ad Weinm. Weinm. Petrop. 1837, p. 121, no. 132; Syll. 1845, p. 123, no. 22.

Prope Pawlowam in regione Zarskoseliensi anno 1821 ad basin truncorum, aestate detexit cel. Weinmann, cujus spp. vidi in Hb. Acad., nec posthac in Ingria lectum.

150. *H. populeum* Hedw. Weinm. Petr. 1837. p. 121, no. 134; Syll. 1845, p. 122, no. 10.

Ad basin truncorum in sylvis, etiam sec. cel. Weinmann ad saxa, frequens, medio Aprilis jam deoperculatum.

151. *H. rutabulum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 122, no. 145; Syll. 1845, p. 117, no. 12.

In sylvis ad truncos putridos vulgare et copiosissime fructificans. Ab initio Aprilis ad medium Maji et iterum fine Septembris.

Obs. Muscus erectus foliis angustis caulibus appressis Buxb. Cent. IV, 1733, p. 38, t. LXIV, f. 3 (exclusa auctoritate Raji) huc pertinere videtur, nec ad *H. Schreberi* quocum Dillenius conjungit synonymo, Raji in errorem inductus.

152. *H. flavescens* Brid. Weinm. Syll. 1845, p. 118, no. 13.

In vicinitate truncorum agri Petropolitani parce. Vere, Aestate. (Weinm. l. c.).

153. *H. piliferum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 122, no. 146; Syllab. 1845, p. 119, no. 14.

In sylvis humidis praesertim acerosis v. g. prope Par-

gola, in horto Gatczinensi copiosissimum, etc. Ab init. ad finem Aprilis; ex Weinm. etiam autumno.

β. *brevirostre* Weinm. l. c.

In convallibus m. Kyrka Duderhof, medio Aprilis (ipse). Cum typo (Weinmann).

154. *Hypnum lutescens* Huds. Weinm. Petrop. 1837, p. 121, no. 135; Syllab. 1845, p. 121, no. 18. Hypnum sericeum surculis longioribus capsulis incurvis Krasz. ex Gort. p. 172; Krasz. mss. no. 473 (ex syn. Dillenii).

In sylvis et pratis. Sterile (Weinm.). «In insula cui nomen a Basilio, frequentissimum est locis umbrosis et humidis». Krasz., sed vix verum habuit, potius *H. plumosum* ubique vulgare et huic simile. Ipse muscum, uti videtur rarissimum, per 3 annos frustra quaesivi.

155. *H. purum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 120, no. 125; Syll. 1845, p. 124, no. 23; Sobol. Petr. 1799, p. 260, no. 734; ed. ross. II, 1802, p. 298, no. 752; Georgi 1790, p. 522, no. 699.

In sylvis ad truncos, terram et saxa copiosum et laete fructificans. In pinetis aridis complanatum, $1\frac{1}{2}'''$ latum et semper sterile evadit. Ab init o Aprilis in serum autumnum fructiferum reperitur.

156. *H. cordifolium* Hedw. Weinm. Petr. 1837, p. 120, no. 122; Syllab. 1845, p. 127, no. 27.

In pratis sylvaticis paludosis et in aquis stagnantibus copiosum valde polymorphum, sed rarius initio Junii fructiferum.

157. *H. nitens* Schreb. Weinm. Petr. 1837, p. 120, no. 124; Syll. 1845, p. 126, no. 25. Muscus terrestris vulgaris Buxb. Cent. IV, p. 34, t. LXII, f. 1 (ex conjectura Dillenii).

In pratis turfosis paludosis sylvaticis non rarum. Semper sterile legit Weinmann; ipse unicum tantum specimen, medio Julio, capsula jam deoperculata, in sylva Butkowiana circa Gatczinam legi.

Obs. Muscus terrestris vulgari similis cauliculis crassis Buxb. Cent. IV, p. 37, t. LXIV, f. 1, a beato auctore

in pascuis circa Narwam lectus, huc quoque pertinere videtur ex icone admodum rudi et similitudine cum Musco terrestri vulgari Buxb. = *H. nitens.* A Dillenio, absque omni jure, ad *H. loreum* L., heic non obvium, ducitur.

158. *H. cuspidatum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 120, no. 123; Syllab. 1845, p. 126, no. 26; Sobol. Petrop. 1799, p. 261, no. 736; ed. ross. II, 1802, p. 298, no. 754; Georgi 1790, p. 522, no. 694; Georgi 1800, p. 1398, no. 30.

In pratis paludosis ad scaturigines copiosum, a medio Majo ad medium Junii fructiferum.

159. *H. Schreberi* Willd. Weinm. Petrop. 1836, p. 248, no. 1152 (in textu ad *Spathuleam flavidam*); Syll. 1845, p. 125, no. 24. *H. inerme* Web. Georgi 1790, p. 522, no. 702; Georgi 1800, p. 1399, no. 37.

In sylvis ad truncos putridos, terram et saxa vulgatissimum. Ab initio Aprilis in Septembrem usque fructiferum.

160. *H. velutinum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 120, no. 130; Syllab. 1845, p. 120, no. 16; Sobol. Petrop. 1799, p. 261, no. 737; ed. ross. II, 1802, p. 299, no. 755; Georgi 1790, p. 522, no. 685; Kr. ex Gort. p. 172; Krasz. mss. no. 474.

In sylvis ad basin truncorum non raro medio v. fine Aprilis fructiferum.

β. *intricatum* Weinm. Syll. l. c.

In truncis arborum parce (Weinm.) v. g. prope Druźnaja Gorka (ipse).

γ. *pinnatum* Weinm. Syll. l. c.

In sylvis ad m. Duderhof semel Augusto (Weinm.)

161. *H. petrophilum* Funck. auctor, nec Weinm., ut C. Müll. syn. 2, p. 402 (Moostasch. p. 62, t. 46, no. 46 exacte cum spp. circa Gatczina lectis convenit!) Weinm. Petrop. 1837, p. 121, no. 131; Syll. 1845, p. 121, no. 17.

In grâniticis prope Gatczinam! (Weinm.) in m. Duderhof et pr. Nikolskoje copiosum; distinctissimum. Ab initio Aprilis ad medium Maji et secundum cel. Weinmann etiam Augusto fructiferum.

162. *H. serpens* L. Weinm. Petr. 1837, p. 120, no. 129; Syll. 1845, p. 138, no. 45; Sobol. Petr. 1799, p. 258, no. 724 (excl. syn. Dillen., quod *Leskea polycarpa*); ed. ross. II, 1802, p. 295, no. 742; Georgi 1790, p. 522, no. 701; Georgi 1800, p. 1399, no. 33. Muscus capillaceus minor, capitulis fuscis subrotundis Buxb. Cent. V, App. p. 40, no. 10, ex icone rudi huc pertinere videtur.

In promontorio Soikena in Ingria (Buxb.). In sylvis ad arborum radices, saxa, ligna madefacta ubique vulgatissimum. Medio Majo et init. Junii fructiferum.

163. *H. confervoides* Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 119, no. 121. (In Syll. 1845 omissum).

Ad terram humidam semel. Autumno. (Weinm. Petr. l. c.) Vidi specimina cel. Weinmann in Hb. Acad. Scient.

164. *H. incurvatum* Schrad. Weinm. Petrop. 1837, p. 121, no. 133; Syll. 1845, p. 137, no. 44.

In terra arenosa et in graniticis parce. Weinm., cujus spp. vidi in Hb. Acad. Scient.

165. *H. filicinum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 159 [excl. var. β.]; Syll. 1845, p. 144, no. 53; Sob. Petr. 1799, p. 259, no. 727 (excl. syn. Dill. ad *H. commutatum* Hedw. spectante); ed. ross. II, 1802, p. 296, no. 745; Georgi 1790, p. 522, no. 681; Georgi 1800, p. 1396, no. 11; Krasz ex Gort. p. 171; Kr. mss. no. 477 (excl. syn. Dill. ad *H. commutatum* pertinente), Muscus palustris filicinus, foliis crispis Buxb. Cent. V, p. 37, t. LXXI, f. 3 (icon valde rudis).

In palustribus circa Harawaldam (Karawaldai) in Ingria (Buxb.), in sylvis humidis Murinae et Pargolae (Sob., ipse in sylvis numquam inveni). In pratis paludosis ad scaturigines, medio Majo v. init. Junio maturum; var. *gracilescens* Brid. ad cataractas horti Pawlowsk! (Weinm. Syll.)

166. *H. fluviatile* Sw.

Ad cataractas prope Zarskoje Selo lectum vidi in Hb. Bongard.

167. *H. commutatum* Hedw. *H. filicinum* β *commutatum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 125, no. 159. (In Syllabo deest.)

Ad cataractas prope Babolowa sat copiose, sed, initio Junii, parcissime fructiferum legi.

168. *H. palustre* L. Weinm. Petr. 1837, p. 124, no. 156; Syll. 1845, p. 117, no. 11.

Ad saxa calcarea in cataractis horti Imp. Pawlowsk! Aestate. Autumno. (Weinm.) Ipse initio Novembris fructus maturos reperi nec non medio Octobris.

169. *H. rusciforme* Weiss. Weinm. Petrop. 1837, p. 123, no. 150; Weinm. Syll. 1845, p. 116, no. 10 (sub *H. ruscifolio*) cum β *inundatum* Brid.

Ad aquas prope Zarskoje Selo et in inundatis prope Gatczinam, sterile. (Weinm.) Ipse tantum in scaturigine frigidissima ad fl. Plussa pr. Polja saxis calcareis adhaerens, sterile legi.

Obs. Fontinalis minor Georgi 1800, p. 1386, no. 2 ex Ingria indicata huc absque dubio pertinet, cum icon Dillenii (t. 33, f. 2) rudis, spp. ingricis *H. rusciformis* satis respondeat. Vera *Fontinalis minor* = *Cinclidotus fontinaloides* Brid. nec in Fennia, nec in Prov. Balt. adhuc lecta.

170. *H. strigosum* Hoffm. Weinm. Petrop. 1837, p. 122, no. 140; Syll. 1845, p. 132, no. 35.

In sylvis umbrosis ad truncorum basin copiosum, ab initio Aprilis ad init. Maji et dein initio Octobris fructiferum.

Obs. H. praecox Sw. Weinm. Petr. 1837, p. 119, no. 120; Syll. 1845, p. 114, no. 7, est varietas *H. strigosi* Hoffm solo macro arenoso-turfoso orta. Apud nos rarius occurrit, v. g. prope Nowo-Iwanowsky (Weinm.!) Augusto fructiferum. Ipse prope Pawlowsk locis arenoso-turfosis parcissime et sterile legi.

171. *H. chrysophyllum* Brid. Weinm. Petrop. 1837, p. 124, no. 158. (In Syllabo 1845 omissum.)

In graniticis rarius. Autumno. (Weinm.) Ipse in terra argillosa lapidosa in horto Gatczin. sterile. Formam foliis

serrulatis diversam in saxis calcareis ad cataractas in horto Pawl. in tio Septembris fructiferam legi.

172. *H. stellatum* Schreb. Weinm. Petrop. 1837, p. 123, no. 148; Syll. 1845, p. 136, no. 43.

In pratis paludosis, fossisque v. g. ad pedem m. Kyrka-Duderhof, Lissino etc. Initio Junii.

β. *protensum* Turn. Weinm. Syll. p. 137.

Ad basin truncorum pr. Nowo-Iwanowsky sterile; (Weinm.) in horto Gatczinensi ad truncos putridos locis humidis sterile (ipse).

γ. *polymorphum* Hedw. Weinm. Syll. p. 137.

In collibus ad terram humidam sterile. (Weinm.)

173. *H. chrysophylloides* Gümb. C. Müll. Syn. 2. p. 436.

In sylvis umbrosis ad ligna humida in ditione Lissinensi semel, init. Junii fructiferum, legi.

174. *H. squarrosum* L. Weinm. Syllab. 1845, p. 134, no. 39; Sob. Petr. 1799, p. 260, no. 732; ed. ross. II, 1802, p. 297, no. 750; Georgi 1790, p. 522, no. 693; Georgi 1800, p. 1397, no. 21.

In pratis humidiusculis sylvisque copiosissimum, at rarius fertile. Initio vel medio Aprilis maturum; interdum sub nive fructus maturi reperiuntur.

175. *H. triquetrum* L. Weinm. Petr. 1837, p. 123, no. 148; Syll. 1845, p. 134, no. 36; Sob. Petr. 1799, p. 258, no. 726; ed. ross. II, 1802, p. 296, no. 744; Georgi 1790, p. 522, no. 690. Muscus terrestris maximus, ramosus, erectior, latioribus et pallidioribus foliis Buxb. Cent. III, p. 36, t. LXIII, f. 1.

In sylvis umbrosis ubique vulgatissimum, interdum 8-9″ longum. Ab initio Aprilis ad medium Maji fructiferum.

176. *H. praelongum* L. Weinm. Petr. 1837, p. 122, no. 142; Weinm. Syllab. 1845, p. 112, no. 4; Sobol Petr. 1799, p. 259, no. 729; ed. ross. II, 1802, p. 296, no. 747; Georgi 1790, p. 522, no. 683; Krasz. ex Gort. ingr. p. 171 (excl. syn. Buxbaumii); Krasz. mss. no. 476 (ex syn. Dill.).

In terra argillosa nuda vel in locis sylvaticis humidis frequens sed rarius fertile. Medio Aprilis, ex cel. Weinmann etiam aestate.

β. *abbreviatum* Turn. Weinm. Syll. l. c.

In graniticis in umbrosis prope Gatczinam autumno. (Weinm.)

177. *H. Stockesii* Turn. Weinm. Syll. 1845, p. 113, no. 5.

In locis sterilibus saxosis prope Gatczinam Augusto m. legit cel. Weinmann, cujus spp. vidi in Hb. Acad.

178. *H. Blandowii* Web. et Mohr.

In sylva paludosa «Butkowiana» dicta, prope Chinkolowa sat copiose; initio Julii fructibus deoperculatis lectum.

179. *H. splendens* Hedw. Weinm. Petr. 1837, p. 120, no. 128; Syll. 1845, p. 127, no. 28.

In sylvis, praesertim acerosis humidis, copiosissimum et laete fructiferum. A fine Aprilis ad init. Junii.

180. *H. brevirostrum* Ehrh. Weinm. Petr. 1837, p. 122, no. 144; Syll. 1845, p. 135, no. 40.

In sylvis antiquis ad truncos raro. (Weinm.) Ipse adhuc frustra quaesivi, sed spp. ingrica, a cel. Weinmann lecta, vidi in Hb. Acad.

181. *H. striatum* Schreb. *H. longirostrum* Ehrh Weinm. Petr. 1837, p. 122, no. 143; Syll. 1845, p. 135, no. 41.

«In sylvis antiquis, nunc erutis, ante viginti annos semel ad truncum vetustum *Betulae albae* L. prope Pawlowam legi. Vere. Aestate.» (Weinm. 1845.) Vidi spp. cel. Weinmann in Hb. Acad. Scient.

182. *H. abietinum* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 120, no. 126; Syll. 1845, p. 129, no. 31.

In aridis siccis, sylvis acerosis ad terram et saxa copiosissime, at nondum fructiferum lectum.

183. *H. tamariscinum* Hedw. Weinm. Petrop. 1837, p. 120, no. 127; Syll. 1845, p. 128, no. 29; *H. proliferum* Sobol. Petrop. 1799, p. 259, no. 728; ed. ross. II, 1802, p. 296, no. 746; Georgi 1790, p. 522, no. 682; Georgi 1800, p.

1396, no. 12; Kr. ex Gort. ingr. p. 171; Krasz. mss. no. 478 (ex syn. Dillenii).

«In truncis arborum circa limites districtus Coporiensis et Jamburgensis, sed et alibi locis siccioribus minime hospes est». (Krasz.) In sylvis acerosis ad terram, truncos, saxa, inque pratis humidis copiosum, sed rarius fertile. Fructiferum medio Aprilis in m. Duderhof legi; secundum cel. Weinm. 1837 etiam aestate, sed in ejusdem Syllabo semper sterile declaratur.

β. *recognitum* Hedw. = *H. delicatulum* Hübn. Weinm. Syll. 1845, p. 129, no. 30 (non *H. delicatulum* Dill., L. et Hedw.)

In sylvis acerosis ad Tosnam Julio m. fructiferum legit Weinmann; ipse ad fossas, in ditione Lissinensi, initio Junii cum calyptris.

184. *H. minutulum* Hedw.

Ad truncos arborum in ditione Lissinensi sterile, et in sylvis ad truncos putridos prope Družnaja Gorka initio Maji fructiferum. Raro et parcius occurrit.

⁎ *H. alopecurum* L. Rudolph ex Georgi 1790, p. 522, no. 696 et Sob. Petr. 1799, p. 760, no. 733; ed. ross. II, 1802, p. 298, no. 751; Georgi 1800, p. 1397, no. 24, in sylvis humidiusculis indicatum, a nemine post Rudolphum lectum est. Jure cel. Weinmann auctores *Climacium dendroides* sterile pro *H. alopecuro* sumsisse suspicatur. E Rossia tantum e Caucaso et ins. Sitcha notum, caeterum a Bryologis per totam Europam, regionibus arcticis exclusis, indicatur. Forsan quondam inveniendum?

FONTINALEAE.

185 *Fontinalis antipyretica* L. Weinm. Petr. 1837, p. 117, no. 102; Syll 1845, p. 147, no. 1.

In aquis purioribus frigidis non rara, praesertim solo calcareo v. g. pr. Pawlowsk, ad m. Duderhof, pr. Babolowa, pr. Chinkolowa, in aquaeductu Taitzensi, ubi specimina ultrapedalia dantur, at semper sterilis; fructiferam tantum in

rivulis sylvaticis exsiccatis pr. Gorodetz initio Julii legi. Vidi quoque spp. Petropolitana fructifera, a b. Liboschitz lecta, in Hb. Bongard. Varietatem β *minor* Brid. in rivulo prope Lotczkina et in fl. Plussa observavi.

186. *F. squamosa* L. Weinm. Petrop. 1837, p. 117, no. 104. Syll. 1845, p. 148, no 2.

In rivulis ad lacum Ladoga, sterilis lecta. (Weinm.) Spp. Petrop. fructif. vidi in Hb. Bong.

187. *F. falcata* Hedw. Weinm. Petr. 1837, p. 117, no. 103; Syll. 1845, p. 148, no. 3.

«In vicinitate coemeterii Pawlowsk. saxis adhaerentem» legit cel. Weinmann, qui per 26 annos frustra fructiferam quaesivit. Ipse in rivulis frigidis rapidis ad saxa pr; Nikolskoje medio Majo cum calyptris et fructibus juvenilibus. Vidi quoque spp. Weinmanniana in Hb. Acad.

SCHISTOSTEGEAE.

188. *Schistostega osmundacea* Web. et Mohr. Weinm. Petr. 1837, p. 108, no. 39; Syll. 1845, p. 15, no. 1.

«In sylvis umbrosis in cavitate Betulae albae annosae putrescente semel sterilem legi». (Weinm.) Vidi spp. a cel. Weinmann pr. Pawlowsk lecta in Hb. Acad. et Hb. Bong.

FISSIDENTACEAE.

189. *Fissidens bryoides* Hedw. *Dicranum bryoides* Turn. Weinm. Petr. 1837, p. 112, no. 61; *Dicr. viridulum* Sm. Weinm. l. c. no. 62; *Fissidens exilis* Weinm. Syll. 1845, p. 35, no. 1. *Hypnum bryoides* Sob. Petrop. 1799, p. 256. no. 718; ed. ross. II, 1802, p. 294, no. 736; Georgi 1790, p. 522, no. 688; Georgi 1800, p. 1395, no. 3.

In locis humidiusculis turfosis, ad latera fossarum in sylvaticis, v. g. in monte Duderhof, Gatczina, Oranienbaum, imo ad radices *Rhododendri arborei* in caldario Horti Imp. Botanici. Initio Maji et dein ab init. Aug. ad medium Septembris vel serius.

190. *Fissidens osmundioides* Hedw. Weinm. Syllab. 1845, p. 36, no. 2.

In locis turfosis humidis parce. Aestate. Weinm., cujus spp. nomine *F. bryoidis* designata vidi in Hb. Acad.

191. *Fissidens taxifolius* Hedw. Weinm. Syll. 1845, p. 36 no. 3. *Dicranum taxifolium* Sw. Weinm. Petrop. 1837, p. 112, no. 63. *Hypnum taxifolium* Sobol. Petr. 1799, p. 256, no. 717; ed. ross. II, 1802, p. 294, no. 735; Georgi 1790, p. 522, no. 687.

In locis turfosis umbrosissimis v. g. prope Taitzy in scrobiculis humo nigra repletis cum *F. bryoide*, in monte Duderhof, pr. Gatczina. Fine Junii vel prius, sec. cel. Weinmann etiam vere.

192. *Fissidens adianthoides* Hedw. Weinm. Syllab. 1845, p. 37, no. 4; *Dicranum adianthoides* Sw. Weinm. Petr. 1837, p. 112, no. 64.

In paludosis turfosis et ad rivulos umbrosos. (Weinm.) Ipse tantum in viridario Gatczinensi fine Aprilis cum fructibus vetustis legi.

Addenda.

Phascum alternifolium Dicks.

Inter Lophocoleam profundam, circa Pawlowsk lectam, invenit Nees ab Esenbeck. (Cfr. Nees Hepat. II, 1836, p. 347).

Catharinea tenella Röhl.

In locis arenoso-turfosis ins. Krestowsky et pr. Pawlowsk. Medio v. fine Augusti.

Hypnum capillaceum Starke, a Brid. Bryol. 2. p. 481 circa Petropolin indicatum, secundum C. Müll. Synops. 2, p. 359 est idem ac *H. salebrosum* Hoffm.

Hypnum Weinmanni Nees ab Esenb. iterum prope Pawlowsk in trunco betulino repertum est a D. Gernet, qui mecum humanissime communicavit.

Grimmia patens Br. Eur.

Circa Petropolin detexit et benevole communicavit D. Gernet.

Index.

FUNGI INGRICI

NOVI AUT MINUS COGNITI,

ICONIBUS ILLUSTRATI.

PROPOSUIT

ELIAS BORSZCZOW.

Mycologiam in deliciis habens, otia omnia studio plantarum mycetoidearum Ingriae consecravi. Sylvas densas, lucos camposque diligenter peragrans, nonnullas novas vel minus cognitas et nullibi depictas fungorum species, Ingriae indigenas, — sane felici casu — legere mihi contigit.

Hasce species descriptas iconibusque ad naturam fucatis illustratas, nunc aequo virorum rei peritorum judicio offerre, opusculi hujus ratio est.



I.

BOLBITIUS PUSILLUS Borszcz.

Char. Gen. vide Fries Epicr. p. 253.

Tab. I. fig. 1.

Pileo membranaceo campanulato, ultra medium sulcato-plicato viscido; stipite *brevi, adscendente curvato, crassiusculo, angustissime* fistuloso *undulato-gibbo,* dilute citrino, toto squamulis candidis vestito; lamellis liberis undulatis, albido-cinnamomeis.

Elegans, pusillus, unciam altus. Pileus junior obovatus amoene citrinus, adultus campanulatus fuscescens disco persistenter luteo, $2\frac{1}{2}$ lin. lat. $3\frac{1}{2}''$ alt., a prima infantia eleganter sulcato-plicatus, viscidus. — Stipes adscendens, curvatus, crassiusculus, 5—7 lin. alt., apice $\frac{1}{2}$ lin. basi $\frac{3}{4}''$ crass., striatus, dilute citrinus squamulisque latiusculis candidis ornatus, angustissime fistulosus l. intus linea dilutiori tantum notatus, fragillimus. — Lamellae vix $\frac{1}{2}$ lin. latae, liberae, juniores fere albae, demum vero albido-cinnamomeae, acie albo-floccosae. — Sporidia *ferrugineo-fusca!*

Species optima, cum nulla alia commutanda, at fugacissima; totam evolutionem intra spatium 16—22 horarum peragit!

Fungilli memorabilis tria specimina, Augusto mens., in fimo vaccino, locis sylvaticis ad riv. Ligovka, dejecto, socio *Ascobolo furfuraceo* legi; postea frustra quaesivi!

II.

HYGROPHORUS VELUTINUS Borszcz.

Hygrophori trib. II. *Camarophyllus* Fries l. c. p. 325.

Tab. I. fig. 2.

Pileo *aequaliter carnoso* convexo-plano e gibbo *subdepresso*

udo *flocroso-squamuloso* laete-colorato; stipite e farcto interdum cavo, deorsum parum incrassato *molli* striato *fibrilloso-squamuloso* pileo subdiscolore; lamellis decurrentibus *subconfertis* crassis *repetito-dichotomis*, acie *obtusiusculis*.

Facies quoque Cantharelli, sed verus Hygrophorus! Pileus aequaliter carnosus $1\frac{1}{4}$—$2\frac{1}{4}$ unc. lat. opacus udus, ex aurantio-fulvo lutescens, centro obscurior subbrunneus, ob cutem in floccos *papillaeformes* squamulasque minutissimas solutam, ad tactum velutino-mollis. — Stipes 2—$2\frac{1}{2}$ unc. alt., $2\frac{1}{2}$—3 lin. crass., sursum attenuatus l. subaequalis, farctus l. rarius apice cavus, striatus, fibrillis squamulisque obscuris vestitus, unde more pilei velutinus, sordide aurantius l. subbrunneo-fulvus. — Caro pilei stipitisque *mollis* aquose colorata, compressa succum aqueum fundens. — Lamellae decurrentes subconfertae fere 2 lin. latae, crassae, repetito dichotomae, postice venis connexae, obtusiusculae, valde succosae, amoene aurantiacae, demum e sporidiis albo pulverulentae.

Hygrophoro leporino Fr. valde affinis, forsan ejus varietas insignis. Sed ob notas nonnullas non contemnendas, nempe: pileum subdepressum papilloso-floccosum, lamellas subconfertas valde dichotomas stipitemque semper (in speciminibus visis) deorsum incrassatum l. subaequalem, mollem, obscure coloratum, — uti speciem novam proposui.

In sylvis umbrosis humidis muscosis ad rivulum Ligovka, prope truncos putridos, pauca specimina (5) medio Augusto legi.

III.

RUSSULA PULCHELLA Borszcz.

Russulae trib. IV. *Fragiles* Fries l. c. p. 357.

Tab. II.

Mitis. Pileo e convexo paullulum depresso subregulari viscido (sicco parum nitente) *ruguloso-tuberculoso virgatoque*, tenue-pelliculoso expallente, margine tenui, *semper laevi;* stipite brevi, crasso, rigidulo, spongioso-solido, *reticulato-rugoso tuberculoso,*

sordide-albo, cinerascente; lamellis leviter adnexis *crassiusculis* subaequalibus, postice furcatis *alutaceo-pallidis* pulveraceis.

Pileus convexo-planus disco subdepresso, in ambitu levissime lobatus l. potius undulatus 2—3½ unc. lat. rigido-fragilis, ruguloso tuberculosus lineolisque undulatis virgatus, amoenissime roseo-rubellus, disco obscurior subolivascens; pellicula viscida tenuis subseparabilis; margo tenuis, non involutus, semper laevis. Caro valde spongiosa, laxa, sordide albo-cinerascens sub pellicula vero — rubella. — Stipes 1—1½ unc. long., 6—7 lin. crass. rigidulus (fragilis tamen!), paullo compressus, subaequalis l. interdum apice in acetabulum dilatatus, extus reticulato-rugosus tuberculosus albo-cinereus, intus spongioso solidus, sordidior. — Lamellae leviter furcato-adnexae, venoso-connexae 1½ lin. latae, crassiusculae subaequales, alutaceo-pallidae pulveraceae. — Sporidia albo-lutescentia!

Russulae decoloranti Fries affinis videtur, licet diversa: pileo rugoso-tuberculoso viscido, carne sub pelliculâ rubella, stipite brevi reticulato-rugoso lamellisque alutaceo-pallidis. Adsunt quoque in nostra notae e pileo et stipite sumptae cum *Russ. vesca* Fries communes v. c. superficies pilei rugoso-tuberculosa, color roseus . . . . . ., — sed ob carnem valde laxam (in superiore nempe parte pilei fere celluloso-spongiosa est), fragilitatem insignem, marginem non involutum obtusum, pelliculam separabilem — vera *fragilis* Russula, a Russ. vesca Friesii — *firma* toto coelo diversa!

In betuleto aprico prope urbem Gatczinam tria specimina fungi elegantissimi (e 7 visis) initio Septembris collegi.

IV.

PEZIZA AFFINIS Borszcz.

Peziza ser. I. *Aleuria.* — 1. *Helvelloideae* — **Pustulatae.* Fries, Syst. Mycol. 2. p. 51.

Tab. III. fig. I.

Subsolitaria, substipitata. Cupula *semper* turbinato-pyriformi,

obliqua, margine *truncato-denticulata;* intus aquose livida, extus pallida, *verrucis obtusis mollibus* albis obsita; stipite brevissimo albo-tomentoso.

Elegans, rara. Cupula ultra 3″ alta, fere 3″ lata subtenax obliqua, cum stipite brevissimo, $1\frac{1}{4}''$ long. $\frac{3}{4}''$ crass. dense albo tomentoso contigua, numquam explanata. Color intus subolivaceus, extus dilutissime ochraceus. Verruccae cupulam obtegentes albae, fere hemisphaericae molles, basi evidenter circumscriptae. Denticuli, in margine, truncati, erecti.

Substantia sat firma, contextus cellulosi. Asci validi, paraphysibus copiosis. Sporidia exacte ovalia, sporidiolis duobus sphaericis.

Pezizae lepidotae Fries affinis; at cupula semper turbinato-pyriformis, margo denticulatus superficiesque externa verruccis albis mollibus (nec farina!) obsita, speciem nostram procul dubio bene limitant.

Peziza micropus Pers. habitu similis a nostra bene differt: margine integro, superficie externa squamuloso-furfuracea, cupula passim flexuosa et stipite tomento destituto.

Ad truncum vetustissimum Pini sylvestris in viridario Gatczinensi tria specimina medio Junio legi.

V.

PEZIZA HIRNEOLUS Fries in litt. ad Weinm.

Pezizae ser. I. *Aleuria.* — IV. *Encoelia* Fries l. c. p. 74.

Weinm. Ross. p. 423. no. 20. (Hujus nondum exstat icon.)

Tab. III. fig. II.

Gregaria, breve *stipitata.* Cupula carnosa, crassa, *cyathiformi-campanulata,* margine intumescente subinflexo stipiteque crasso obconico — e sordide-violaceo purpureo-rufescentibus, extus *granuloso-tuberculosis.*

Pulchella. Cupula junior cylindrica cum stipite contigua, quo in statu margines cupulae connivent; sed mox illa aperitur et

expanditur in formam cyathiformi-campanulatam. Adulta nunc regularis est, nunc uno latere parum elongata, 1—1½ lin. lata, margine subinflexo tumido, colore e sordide-violaceo in purpureo-rufescentem vibrante ludens, extus granuloso-tuberculosa (interdum glabrata est). — Stipes junior subaequalis, adultus 1—1¼ lin. alt., crassus, plerumque deorsum attenuatus l. obconicus, cupulae concolor, dense granuloso-tuberculosus.

Asci imperfectiores, tenues, sparsi, paraphysibus numerosissimis immixti. Sporidia simplicia, elliptica, parca. Contextus celluloso-fibrosus.

In ramo putrido decorticato Pini Abietis in sylvis prope urbem Gatczinam fine Augusti legi.

VI.

PEZIZA MIRABILIS Borszcz.

Pezizae ser. II. *Lachnea.* — 1. *Sarcoscyphae.* — **Stipitatae.* Fries l. c. p. 78.

Tab. IV. et V.

Simplex l. ex eadem radice *polyscypha!* Cupula carnosa explanato-infundibuliformi subfragili, extus cum stipite radicato sursum incrassato albido-tomentosa, *margine* eleganter *crenato-incisa; crenarum apicibus rotundatis reflexis, subrevolutis*, disco *umbilicato*, splendente, eximie coccineo.

Distinctissima et pulcherrima species, cum nulla alia Peziza comparanda; imo forsan novi generis typus! Tam habitu, quam ascorum et sporidiorum perfectissima evolutione seriem *Lachnearum Sarcoscypharum* splendide incipit!

E radice, quisquiliis putridis immersa longissima (1½-2 unc.), fragili, compressiuscula, nodulosa et torta, intus sordide-rubella angustissime fistulosa, extus subbrunnea, tomento densissimo albido obtecta — assurgunt 1—10 stipites, 1—2 unc. alti, subflexuosi sat tenaces, sursum incrassati; intus fere cavi, extus pallidi, crusta secernibili albo-tomentosa vestiti — cupulas, — quoad formam, corollis Mirabilis Jalappae non dissimiles, — suffulcientes.

Cupulae regulares, juniores fere clausae subpyriformes, mox apertae explanato-infundibuliformes, 2—6 lin. latae subfragiles; extus albo-tomentosae, colore rubello quoque translucente, intus splendentes, centro subumbilicatae, colore coccineo amoenissimo oculos allicientes. — Margo cupularum horizontalis, crenato-incisus, crenis apice rotundatis, reflexis, paullulum revolutis. — Substantia carnosa. — Contextus celluloso-fibrosus.

Hymenium subsecernibile. Asci perfecte evoluti, maximi, paraphysati. Paraphyses septatae, granulis purpurascentibus inclusis coloratae. Sporidia rubella elliptica, sporidiolis 3—5 sphaericis maximis, mediis majoribus.

In sylvis umbrosis acerosis siccioribus circa pag. Orlino, initio Maji nonnulla specimina acubus abietinis delapsis fere immersa inveni.

Obs. Ejusdem, ni fallor, fungilli specimen siccum, vetustum indeterminatum, a beato Dr. Bongard «*in m. Duderhof Junio*» lectum, in Mus. bot. Acad. Imper. Scient. Petrop. vidi.

VII.

ASTEROPHORA NAUSEOSA Weinm.

Char. Gen. vide Fries Syst. Mycol. p. 3. p. 205 (ex parte).

Weinm. Ross. p. 629. no. 1. — Weinm. Petrop. p. 299, no. 1583. (Icon adhuc desideratur.)

Tab. VI.

Foetidissima! Gregaria l. concrescens. Peridio primo globoso candido, demum hemisphaerico-pulvinato, margine semper involuto, subtus lamellato; lamellis distantibus dichotomis *crassis,* acie obtusis pallidis; stipite vario sordide-pallido, tomento adpresso candido vestito, *oblique sulcato et torto.*

Odor nauseosissimus urinae putrescentis. — Peridium junius globosum candidum, mox hemisphaerico-pulvinatum, in ambitu orbiculare l. oblongum, $3'' - 1\frac{1}{4}'$ in diametr., margine semper involuto. — Stratum sporidiorum $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{4}$ lin. crassum, compac-

tum argillaceum. — Lamellae $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}''$ latae pallidae, distantes, crassae, obtusae, fere semper dichotomae. — Stipes, quoad formam et longitudinem, valde variabilis, $\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ unc. long., $1\frac{1}{2}''$—$\frac{3}{4}'$ crass., mox solidus, aequalis l. deorsum incrassatus, mox fistulosus — imo in superiore parte cavus — deorsum attenuatus, tomento adpresso candido denso vestitus, saepe curvatus, tortus et oblique sulcato-striatus. Sporidia stellulata.

In *Russula adusta?* Fries putrescente in sylvis muscosis mixtis prope pag. Chinkolowa, init. Julii, pulchra specimina inveni.

VIII.

Tab. VII. et VIII.

Ad finem libelli, curiositatis causa, iconem descriptionemque memorabilis speciminis *Polypori lucidi* Fries inserere — non superfluum duxi.

Specimen hoc a cel. Brandt in viridario Oranienbaumensi lectum et in Museo botanico Acad. Imp. Scient. Petrop servatum, mihi ad depingendum benevole traditum fuit.

Ne una quidem exstat icon, imo in laudatissimis operibus (excepta forsan: Battarrae tab. XXXVI. fig. D. — valde rudi, nigra et nimis diminuta), — quae nostro fungo similis esset, vel ideam ejus repraesentet!

Specimina normalia *Polypori lucidi* Fries — *pleuropoda* sunt, pileo plerumque mediae magnitudinis (2—3 unc.), — noster vero fungus *concrescendo* spurie *mesopus*, pileo maximo, pedali! — En descriptio.

E tubere subrotundo granuloso-tuberculoso duro, castaneo, ferrugineo-pruinoso (detrito nitente), trunco salicino vetusto insidente — assurgit stipes crassissimus triuncialis, compositus e stipitibus quatuor duris, gibbis lacunosisque, piceo-atris, laccato-nitentibus, concretis (sed conspicue limitatis!). His stipitibus totidem pilei insident exacte laterales, duri, valde rugosi et gibbi, valde nitentes, margine undulato-lobati; centro lobisque nonnullis adeo inter se concreti sunt, ut summa omnium pileorum

lateralium — pileum centralem, pedalem, centro quam maxime gibbum efficiat. — Color pileorum intense brunneo-castaneus, margine pallidior, subferrugineus. — Pori minutissimi subrotundi, pallidi, subdecurrentes. — Substantia ligneo-pallida, poris subconcolor.

Numquam hucusque exemplar hujus speciei videre contigit, in quo ambae extimae morphoseos formae (Mesopus et Pleuropus) in eodem individuo adeo confluerent et simul adeo limitatae essent! Quaevis pars separata characterem typicum optime exprimit, totum vero — monstrum a typo remotissimum!



1, Bolbitius pusillus Borszcz. — 2, Hygrophorus velutinus Borszcz.

Ovsiannikow pinx. et lith.

Impr. A. Münster.






Russula pulchella Borszcz.

Ovsiannikow pinx. et lith.

Impr. A. Münster.





I. Peziza affinis Borszcz. II. Peziza hirneolus Fries.

Ovsiannikov pinx et sc.

Impr. lith. de A. Münster.






Peziza Mirabilis Borszcz.

Ovsiannikov pinx. et scu.

Impr. lith. de A. Munster.





Peziza Mirabilis Borszcz.

(Asci, sporidia et contextus cupulae)

Ovsiannikow pinx. et sc.
Impr lith. de A. Munster.





Asterophora nauseosa Weinm.

E. Ovsiannikow pinxt. et in lap: del.

Impr: Lith. A. Munster.





Polyporus lucidus Fries
(monstrum.)

Ovsiannikow pinx.t et in lap. del

Impr Lith Münster





Polyporus lucidus Fries.

E. Ovsianikov pinx: et in lap: del.

Impr: Lith: A. Münster.

